ORATIONES VARIAE ET PRO GYMNASIO PVBLICO AD SCHOLASTICOS ET PRO ROTRIS AD MAGISTRATVS HABITAE AVGVSTO SENATVI OPTIMATIBVSQVE BONONIENSIBVS DICATAE ADDITIS ETIAM SILVIS, ODIS, EPIGRÃMATIS QVAE DOMINICVS PLANORIVS BONONIEN. FACIEBAT.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Horatius Flaccus ad Lectores.

Indignor quicq̃ reprehendi, non quia craſſe
Compoſitum, illepideue putetur, ſed quia nupèr
Quod ſi tam græcis nouitas inuiſa fuiſſet,
Quã nobis, quid nũc eſſet uetus, aut q̃d haberet,
Quod legeret, tereretq; uiritim publicus uſus?

AD AVGVSTVM SENATVM BONONIENSEM OPTIMATESQVE DOMINICI PLANORII BONONIENSIS EPISTOLA.

c VM paræmia Græcorũ ανθρωπος ανθρωπου δαιμώνιον et latinorũ, deus ẽ mortali iuuare mortalem. P. C. nõ minus uera ſit q̃ Stoicorũ ſentẽtia, uidelicet, hoíes hoíum cauſa eſſe generátos, ut ipſi inter ſe alii aliis ꝓdeſſe poſſent, decere uiſum ẽ, ſi quid ab aliis uelut fontibus eruditionis hauſiſſem, in alios ẽt debere deduci, ut ſaltẽ qua ꝑte liceret, et qdq̃ mihi uiriũ ſuppeditaret, de meis ciuibus bene mererẽ, haud eqdẽ me præterietat, naturã, qua impellimur ut q̃plurimis ꝓdeſſe uelimus, ducẽ oportere ſequi, et cõmunes utilitates dando, recipiendo, docendo, diſcẽdo, cæterorũq; mutatione officiorũ in medium afferre, ut ſit omnino mortalibus uitio uertẽdum, qui uelut immanes belluæ cõmunẽ ſocietatẽ aſpernantes etiã quæ nouere, diſſimulant, dum cæteris impertiri bona beneficio naturæ comparata grauãtur, nos autem et leges, quæ omniũ ſalutem ſingulorum ſaluti præponunt, et ſapientes uiros legibus obtemperantes ciuiliſq; officii non ignaros, imitati, docendi prouinciam aggrediendam duximus, nam cũ ſubiret illud ſatyricum in deſides prolatũ. Semper ego auditor tantũ nunq̃ ne reponam? Tacere turpe fuit, eoq; magis, quod nihil di- dicíſſe

Cur docẽdum eſt.

dicíſſe iuuat, quodq; ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire
hoc ſciat alter, ut non minus uere dixerit Horatius. Horatius.
Parum ſepultæ diſtat inertiæ cælata uirtus, quam ue/
teri prouerbio iactatum eſt, occultæ muſices nullum
eſſe reſpectum, quod et egregie Seneca primo epiſto/ Seneca.
larum libro ita ſcribens profeſſus eſt, Gaudeo aliquid
diſcere ut doceam, nec me ulla res delectabit, licet exi/
mia ſit, et ſalutaris, quam uni mihi ſciturus ſum, et ſi
hac exceptione ſapientia detur, ut incluſam teneam
nec enunciem reiiciam, non ſunt beati quorum diui/
tias nemo nouit, nulla ſapiētiæ reconditæ (quāq̄ mihi
paululū uel nihil fortaſſe quis dicet in dextra parte ma
millæ cōſedit) nulla theſauris abſtruſis utilitas ē, quod
et concinne Claudianus aperuit. Claudia/

Vile latens uirtus, quid enim ſubmerſa tenebris nus.
Proderit? obſcuro ueluti ſine remige puppis,
Vel lira quæ reticet, uel, qui non tenditur, arcus.

Nec ideo pronus et lubens ad id impellebar, quod ne/
ſcirem nihil eſſe ultra uires aggrediendum, non teme/
re abydum nauigare, non uirgulto ægæum tranſ/
mittere, eſſe ſapientis, ſed ſuo ſe quemq; pede ac mo/
dulo metiri, ne labor operis pondere preſſus ſuc/
cumbat, ut eſt a Martiale præceptum qui ſua metitur Martialis.
pondera, ferre poteſt. Ad hæc, ignarus non eram ge/
nus hoc profeſſionis plus aloes q̄ mellis habere, plus Docēdi la
laboris q̄ præmii, ubi operam benemerentis, quod opi bores.
nione uulgi, ſit labor i tenui, nequaq̄ par gloria ſequa

Iuuenalis. rur ut admuſſim Iuuenalis cum de Vectio præcepto re loqueretur, hiſce uerſibus expreſſit.

Declamare doces, o ferrea pectora Vectii
Cum perimit ſæuos claſſis numeroſa tyrannos
Nam quæcunq; ſedens modo legerat, hæc eadē ſtans
Perferet, atq; eadem cantabit uerſibus hiſdem.
Occidit miſeros crambe repetita magiſtros,
Quis color, et quid ſit cauſæ genus, atq; ubi ſumma
Quæſtio, quæ ueniant diuerſa parte ſagittæ.
Scire uolunt omnes, mercedem ſoluere nemo,
Mercedem appellas? quid enim ſcio? culpa docentis
Scilicet arguitur.

Nec ignotū fuerat, apud Atheniēſes dici ſolitū uulgo uel periit uel litteras docet, perinde ac inter perire et litteras docere parū admodū interſit, nec his tamen ego nec aliis difficultatibus, quas huic oneri ſubituro ferendas agnoſcebam, in triuiū cōſilii delapſus ſum, nec eſt ſentētia uerſa retro, quippe cum ad labores tolerandos impellerent tum multa tum ouidiana imprimis adhortatio.

Ouidius.

Dum uires anniq; ſinunt, tolerate labores
Iam ueniet tacito curua ſenecta pede
Nunc mora non tuta eſt, totis incumbere remis
Vtile, et admiſſo ſubdere calcar equo.

Et cū ſatis ſuperq; cōſtaret, multos nō modo laudem et gloriā apud mortales, Sed quoq; ad ſuperos aditū (quāuis nihil quidq̄ tale mens mea paruitatis ſuæ cō/

ſcia

ſcia uerſaret) laboribus meruiſſe, et plures non ima de plebe uiri, quod in rem cōmunem futurum eſſet nequaq̄ differendum ut Græci dicunt μιδὲ αναβάλλεσθαι τὸ καλον ſuadentes expoſcerent, et quaſi querēdo omnibus angulis omnibus compitis litteratores quoſdā inſediſſe, qui tantum rei cum litteris haberēt, quātum cū amaracino ſues, cum fidibus Gracculi, nō docentes eloquētiā, ſed peruertētes, magna temporis iactura iuuenes inanibus quibuſdam ambagibus occuparent, fatigarent, morarentur, ſuſcipiēdū negotium monerēt. et quāuis ego nōnullos emūctæ naris, ex grege demerem, multos tamen eſſe thyrſigeros, paucos uero Bacchos, multos et qui boues ſtimulent, aratores raros dictitando, quorūdā incuſabant ignoratiam et fraudē, (Eſt.n. fraus omnino ſoror ignorantiæ) qui uelut caupones et inſtitores, uafri fraudulēti, mendaces, uenalia quæ neutiq̄ præſtare poſſint proponāt, nec a quibus carceribus, nec ad quā metam dirigēdi ſint greſſus intelligāt, qui magna mercede doceant nihil ſcire, et diſcipulos ſtultiores reddant q̄ acceperint, ad quos uulgus incertum ruens in præceps (miſerabile uiſu) confluat, nec id mirū, quod Cretenſis Cretenſem, et Cracculus gracculū libētiſſime quærāt, apud quos et de moribus ne dum ultima quidē fiat quæſtio, ſed ægrotū animū ad deteriorē partē (ut dictū eſt) plerūq; applicent, cum multo magis recte uiuēdi q̄ diſcēdi ſit habenda ratio, ſicut Plinius in epiſtola ad Coreliam, ſapienter filium

Rem pulchram nō eſſe differēdam.

Fraus ſoror ignorantiæ.

Ratio recte uiuēdi.

præceptori, a quo mores primum (non enim fieri poteſt niſi uir bonus orator) mox eloquentiã diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur, tradendũ monet, doctoribus.n. litterarũ imprimis omnino ſtudẽdũ eſt, ut ſua ipſorũ gymnaſia ſint nõ mõ doctrinæ, uerũ etiã probitatis emporia, ut olim Socrates præclare docuit, qui Xenephonti, ubi nam boni ac probi homines fierent, percunctãti, ſcholã ſuã monſtraſſe fertur. Accinxi me igitur operi non minus pio q̃ nobili atq; neceſſario, et utinã nec quarta luna natus, nec inuita Minerua, ſed feliciter et auſpicato accinxi me inquã, quod pulchrũ ſit iuuiſſe alios, quod docẽdo pulcherrimũ, nã ſi liberalitas eorũ qui e fortunæ bonis in alios beneficia conferunt, extollitur, ſi medici, qui opem ferũt corporibus in eoſdẽ poſtea morbos facile caſuris, honorant, num qui uiaticum et obſonium alienæ ſenectuti parãt, qui obnixe cõtendentes, ut alii ab aliis ita differant ut uiuentes a mortuis efficiunt, contemnentur? num qui animos mortaliũ immortales locupletãt excolunt adaugent hiſce bonis, quæ ſecũ pectore nõ humeris geſtent, quæ mentis incluſa domicilio nec mortaliũ manibus nec fortunæ iaculis labefactari queãt, quæ lætis praſto ſint, quæ triſtes (ſi quid eſt uſq̃ loci triſtitiæ doctis) nõ deſerãt, parũ honeſte habebunt? unde maiores noſtri nõ temere feciſſe credunt, ut cũ Iuuenale loquar, qui præceptorem ſancti uoluere parentis eſſe loco, nec id iniuria, cum boni doctoris ſint partes, ut nõ ſolũ

Xenophõ

Socrates.

Præceptorum laus.

Iuuenalis.

ſolum grammaticam, quæ poeticam et oratoriam, quibus eloquentia conſtat, complectitur, edoceat, ſed etiam præcepta uiuendi, quibus ætas lubrica in officio contineatur, ſedulo tradat, et uitia, quod nequeant ali/ter teneriores anni niſi ſanctitate docentis cuſtodiri, nec habeat, nec ferat, magni quippe refert, quibus pri/mis aſſueſcamus annis, quia difficile poſſunt, quæ no/biſcum creuerũt aboleri, ut ſapores, quibus fictilia fue/rint imbuta tenacius hærent, quare ſpectat ad eũ, cui liberi ut inſtituant fuere crediti, et ea docere q̃ neutiq̃ poſt dediſcẽda ſint, et mores teneros ĩ melius, ut ſi quis cæra uultũ faciat, ducere. ut probe Flaccus ĩ epiſtolis.

Præceptoris officiũ.

Horatius.

Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter
Ire uiam quam monſtrat eques, uenaticus, ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in ſiluis catulus, nunc adbibe puro
Pectore uerba puer, nunc te melioribus offer
Quo ſemel eſt imbuta, recens ſeruauit odorem
Teſta diu.

In quo quidẽ perpulchro negotio cũ me iugis labor haudquaq̃ grauantem exerceret, bonũ enim agricolã qui nouas arbores ueteribus, uirides areſcẽtibus ſuffi/cere ſolet, imitãdum propoſui, nanq; uidebã Crucios, Pios, Phaſianinos, Gariſendos, alioſq; id genus muſis amicos, quorum politiora ſtudia patriæ ſint uſui, nõ poſ ſe perpetuo, lege naturæ, terris intereſſe, uobis ultro, P. C. uelut ſupis opinor, de q̃bus a Marone dictũ ẽ.

Crucius. Pius. Phaſianinus. Gariſendus.

Maro. Aſpiciūt oculis ſuperi mortalia iuſtis, placitū eſt labo/
res meos unde fructus nō quos uellē ſed quos poſſem
colligerētur, ære publico leuare, ne uanæ ſterilisq́ ca/
thedræ pœniteret, quippe quibus e rep. eſſe compertū
erat, grammaticos ſi uere grāmatici. i. litterarii ſint, ſo
uere ut ad capeſcendā uirtutē ſe ſe ingenia proferant
et oſteutēt, nam et ex hoc more publice docendi, et ad
eloquētiā dictata tradendi, ex hiſq́ uelut Athenis, nō
modo hi de quibus ante meminimus uirtutis alumni,
inter quos et Bochius Eques non minus lauro q̄ auro
decorus effulget, ſed et alia id genus quæ multa ex lu/
do litterario Codri Grāmatici prodierūt (de noſtrati/
Quintil. bus et muſarū ſectatoribꝰ loquor) ciuitatis ornamēta,
In ſcholis melius q̄ domi do/ceri. ex quo fit ut experientia uerū eſſe quod Quintilianus
multis teſtatur argumētis melius in ſcholis q̄ intra pri
uatos parietes iuuenes doceri facile probet. mirum eſt
enim q̄ et ſolitudine langueſcant et hebetentur inge/
nia et frequētia celebriorīq́ cœtu euigilent, excitent, et
proficiant, nā qui ſolus didicerit cū fuerint proferēda
ſtudia īter multos, obſtupeſcet, reformidabit atq́ etiā
caligabit in ſole. Et artes aluntur honoribus, inuitant,
expergiſcunt, conſiſtūt præmiis, unde Martialis inqt.
Martialis. Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones
Vergiliumq́ tibi uel tua rura dabunt.
Gratiarū actiones. Iam unde ſumpſit exordiū reuertat oratio, deū eſſe (ut
Plinius ait) mortali iuuare mortalē, et eū, qui benefi/
cio alios affecerit, quia dei quaſi uice fungat, ab eis qui
bus

bus ꝑfuerit, prope deū coli, unde apud priſcos, aucto/
res frugū, legū, artiū, et quicūq̧ ad uitæ cōmoditatem
aliquid attuliſſent boni, pro deis habebantur, adeo ut
Aegyptii ciconiā, quod ſerpētes arceret, Romani an-
ſeram, quod Capitolium clangore ſuo quaſi uigiles
excitaret, ab irruptione Gallorū tutatus ſit, coluerint.
Cur minus mihi liceat. P. C. uos inſtar numinū cole/
re, obſeruare, admirari? ſi uos benefaciendo deos (ut ita
loquar) imitamini, cur minus mihi licet ſupplicem, be/
nefactores adorando, fieri? hic, quod Vergilius ad Au
guſtum, ad uos ego Senatores optimi referre debeo. Vergilius.

O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit
Nanq̧ erit ille mihi ſemper deus, illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
et illud
Semper honos nomenq̧ tuum laudeſq̧ manebunt
Quæ me cumq̧ uocant terræ.

Ad hæc multæ quoq̧ rationes, quibus fit palā, quātū
pietatis nō a me ſolū ſed ab toto quoq̧ populo uobis Senatorū
P. C. debeatur, accedūt. Quis neſcit, quibus motibus, Optima/
ſeditionibus, cædibus, direptionibus, finitimæ urbes at tūq̧ laus.
tritæ fuerint? noſtrā uero nō minus iuſtitiæ q̄ pruden
tiæ ueſtræ præſidio (quæ duo ualida ſemper urbiū mu
numēta fuere) per uarios caſus, per tot diſcrimina rerū
quibus concuſſa fuerūt ſæcula noſtra euaſiſſe incolu/
mem? Quis neſcit in mlutis Italiæ partibus peſtilentia
laboratū fuiſſe, ad nos tamen id ueneni nō minus ſo/

lertia ueſtra q̃ diuino præſidio, quod dei facientes ad/ iuuāt, nondū ſerpſiſſe? quare ſi olim, qui alios in olym po mōte uel cæſtu uel ſaltu ſupaſſent, præmiis et præ/ coniis extollēdi putabantur, quibus præmiis, laudibus honoribus, titulis, uos. P. C. qui cæteros rerum pu. re/ ctores, nō cæſtu, et ſaltu, ſed prudentia et fortitudine, anteiſtis pro noſtra quidem incolumitate certātes, ex/ tollemus? ueſtrū eſt, quod uiuimus, ueſtrum eſt quod parto fruimur, feriamur, quieſcimus, at uos qui, fertis pondera rerum per noctem quoq; plurima uoluētes, dū nec membris dat cura quietem, nunc huc nūc illuc animū diuiditis, perq; omnia uerſatis, ut reip. ne quid patiatur detrimenti cōſulatis, uos omnes quibus acce/ ptum referri debet, quod in pace degatur, Ianum, quē maiores ideo dixere bifrontem, quia non minus præ/ terita q̃ futura prouidebat, agitis, uos externos motus, uos, domeſticos cœleſti quadam prouidētia compreſſi/ ſtis, uos inuenti qui nō modo pecuniā ſed uitā quoq; profundere ꝑ patria parati eſſetis; qppe qbus illa duo

Officia regentium.

Platonis præcepta animo ſemper inſederint, quorum alterū ē ut qui reip. præſint, utilitatē ciuiū ſic tueanf, ut quicquid agant, ad eā referāt, alterū ut totū corpus reipu. curent, ne, dū partē tuentur reliquas deſerant, ut enim tutela paruulorū, ſic procuratio rei pu. ad utilita tē eorū, qui cōmiſſi ſunt, gerēda eſt. Quare, magiſtra tus ueſter patrocinium potius urbis q̃ imperium no/ minari debet, neq; alia ratione Romani, patres, quo

nomine

nomine ſenatores optimi recte ſemp uſi fuiſtis, ad cõ/ſultandum reip. delectos uocauerũt, q̃ ſimilitudine curæ, quia debent, quemadmodum patres filiorum ſaluti ſtudent, et ipſi reipu. ſtudere. ſi apud Romanos ueræ uirtutis æſtimatores ſeruãti ciuẽ corona dabatur, quã quercu, qua laurea, ciuitas ſeruata ſeruatores ſuos decorabit? quæ præmia perſoluet? quas gratias aget? ſi triumphum, qui millia quinq; hoſtiũ cæcidiſſent, reportabãt, quas laudes, quæ præconia, quos triumphos his, qui dederũt hoſtibus ueniã, ciuibus ſalutem, putamus debere decerni? hæc magna quidẽ, ſed maioribus etiam obeundis ex his quæ geſta ſunt, uires affatim ſufficere facilis eſt coniectura. Quid ni? nam cernere eſt, in hoc auguſto conſeſſu non modo, Alexandros Macedones, Hercules Thebanos, Agamemnones Mycenæos, Galeatios Sphortias, uerum etiam Catones, Numas, Naſicas, Scipiones, Camillos, quos dii boni patres conſcriptos, quem ſenatũ, quos optimates, quos Areopagitas, quos Amphyctiones? ut nõ iniuria, IVLIVS Secũdus Pontifex Maximus dicere ſit ſolitus, ſe nuſq̃ gẽtiũ ciues facie magis regia, magiſq; heroica q̃ Bononiæ uidiſſe, nec non et Cyneas Pyrrhi legatus, qui Senatũ Romanũ dixit cõſtare regibus, ſi noſtrũ delapſus in æuũ Senatũ Bononiẽſem optimateſq; cõtẽplaret, haud dubie pronior in eandẽ ſententiam pedibus iret. Proinde ſenatores pulchra uenuſta liberali regiaq; ſpecie, pulchram quoq; Rem pu. conſtitui uoluiſtis, nam

Iulius. II.

Bononiẽſes Effigie heroica.

cyneas pyrrhi legatus

ũs m ...

Tres ſpẽs rerumpu. — cũ tres ſint adminiſtrãdarũ ciuitatũ ſpecies.ſ.monar-
chia, quæ unius principis, Oligarchia uel Ariſtocratia,
quæ paucorum optimatiũ, democratia, quæ popula-
rem gubernationẽ continet, et earũ, quæ tribus ex his
cõmixta cõſiſtat, qualẽ Lacedæmoniorũ rempu. fuiſſe
tradunt, optima ſit, nõ temere Bononienſis respu. ſa-
pienter cõſtituta pro unius principis imperio, Summi
Pontificis Vicariũ habet et audit, quo in loco atq; fa-

Reuerẽdiſſimus Epiſcopus polleſis Altobellus. — ſtigio nunc Reuerẽdiſſimus Epiſcopus Pollẽſis Alto
bellus Aueroldus, magno omniũ quorũ interfuit ſtu-
dio et ſuffragio conſedit, cuius ſapienter geſta, ſapiẽter
dicta ſi aggrediar oratione completi, uereor ne longũ
faciam. Is enim maximæ quæ ſibi innata eſt prudẽtiæ,
prudentes etiã, quia quãdoq; bonus dormitat Home
rus, et nõ omnia poſſumus oẽs, conſiliarios et libenter
et ſapiẽter admouet, et quãuis ita circũſpectus lynceus
ſagax et genuina q̃dam prudẽtia præditus emineat, ut
nec labet unq̃ nec alieno cõſilio egeat ſentẽtiã tamen
Euripidis εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ᾽ ὁρᾷ ſecum uolutans ſalubec

Vir unus non uidet omnia. — rima noſtri Senatus conſilia (quod eſt in principe po-
tiſſimũ) nõ ſpernit. Cæte℞ ſicut ſalubriter et ſedulo cõ
ſultãtes admittit, ita adulatores, aſſentatores, ſuſſurro-
nes, delatores, teterrimã principũ, quorũ opes ſæpius
q̃ hoſtis, euertũt pniciẽ, repellit et cauet, q ſemper, ubi
mature cõſuluit, librili quodã cũcta perpẽdẽs lites cõ-
ponere, negotia decidere, iura dicere nõ minori æqui-
tate q̃ lenitate dicit, cuius quidẽ lenitatis et clementiæ,
exemplũ

exemplum a natura, quæ regem apum ſine aculeo et
inermem eſſe uoluit, ſignificando reges hominū neq;
ſæuos neq; crudeles eſſe debere, ſumpſit. Quiq; ſūma
omniū dictorū et factorū ſuorū moderatione, ſe mal-
le diligi, q̄ metui probat. nouit. n. laudari, diligi, coli, Pulchrū
pulchrum eſſe, metui uero atq; odio haberi, eſſe turpe, diligi.
deteſtabile, caducū, quod et i fabulis, illis ipſis etiā qui
dixerūt oderint dū metuant pernitioſum fuiſſe lege-
rit, et apud Ciceronem negligere quid quiſq; de ſe ſen
tiat, eſſe non ſolū arrogantis ſed etiam omnino diſſo-
luti, quibus uirtutibus, et aliis pene innumeris, quas in
præſentia celebrare noſtri nō fuit inſtituti, factum eſt,
ut Optimates noſtri, eū ſibi dari præſidem, ad quem
uelut anchoram in rebus arduis confugiatur, cuius
conſilio, prudentia, iuſtitia, ducatur ordo rerum, uo-
uerint optarint obtinuerint, nec mirum, quod tāta ui
pollet bonorum ſimilitudo morū, ut eos etiam quos Similitu-
nunquā uidimus, ne dum quorum probitas latiſſime do mater
patet, nobis arcta charitate deuinciat, eſt utiq; uerum amoris.
quod uulgo dictitant, ſimile gaudet ſimili, et ὁμοιότης
τῆς φιλότητος μήτηρ. Quorumquidem Optimatium
populique Bononienſis uoto et deſiderio Summus
Pontifex Hadrianus haud inuitus acquieuit, quip- Adrianus
pe qui uiros probos et doctos ſummo ſtudio pro- Pont. M
bus et doctus inquirat, nec urbem Bononiam bono- Bononia.
rum ſtudiorum matrem, non temere, uulgo nuncu-
patam, et ideo Beatitati ſuæ præ cæteris dilectam,

niſi ab iuſto pariter et docto, qualẽ Altobellũ Auerol dum præclara ſua ipſius opera profitentur, regi ſinat. Redeundũ eſt unde digreſſi ſumus ad Oligarchiam uel Ariſtocratiã dicas, nam res pu. noſtra (ut ante diximus) optime conſtituta ſapientiſſimũ ſenatum pro paucorũ optimatiũ ſtatu ſuſpicit. at ꝑ adminiſtratione populari, quam dicũt democratiã, tribunos ple. ſacroſanctos habet, ut ſi uſꝗ fuerit uel erratũ uel peccatum ſit, quo cõfugias. Iam cũ uos optimates labores prope ingentes et beneficia in rempu. ſumma omniũ quibus corpus ſine pectore nõ eſt, teſtificatione, cõtuleritis, debẽt ciues ueſtri nõ modo etiã ſi forte quibuſdam ſibi nõ ſatisfactũ uideatur, quia ita ſcindit̃ incertum ſtudia in cõtraria uulgus, ut ne quidem Iuppiter ipſe (ut aiunt) omnibus placeat, non ſpargere uoces in uulgũ ambiguas, non obloqui, nõ inuehi, ſed memores operæ in eorum ipſorũ utilitatẽ collocatæ referre gratiã, quippe cum rei pu. gubernatio laborioſa ſit et perpetuis curis et uigiliis irrequieta, et naturæ cœleſti ꝗ ſimillima, ut enim perpetua uertigo cœlũ circũagit. Ita uita regentũ ſemꝑ habet quod uoluat tractet agat meditetur, et ſicuti nauiũ gubernatoribus, ne ſcopulis impingant̃, cœlũ pelagus terras itueri nec totã dormire noctem neceſſe eſt, ita rerũ publicarũ rectoribus ne uſpiã periclitent̃ proſpiciẽtibus, dũ forte ſubditi perfruunt̃ ocio et geniales dies ꝗ minimũ creduli poſtero carpũt, magno curarũ æſtu fluctuare contingit, et

Iouem nõ placere oĩbus.

Gubernatio laborioſa eſt.

pro

pro ſalute ciuitatis, quod in eos omnis (ut dicitur) do-
mus inclinata recumbit, anxie cũcta longius ſpeculari
opus eſt, æquũ ẽ ut ego quoq; q̃uis grates pſoluere
dignas nõ opis ẽ noſtræ ꝓ uiribus enitar, et ingratitu-
dinis uitiũ, quod apud Perſas ſeueriſſime puniebaẗ,
ſedulo cauere, et pro magno munere ſaltẽ parua repẽ-
dere, priſcos auctores tam græcos q̃ latinos imitatus,
qui ſi quid memoria dignũ uigilãdo monumẽtis lit-
terarũ quãdoq; mandaſſent, id uel amicis ſuis et de ſe
bene meritis uel regibus dedicabant, ut et eos honore
ſuo colerent, et ſuos ipſorũ libros auctoritate quadam
cõmunirẽt, ita ego meas ipſius orationes et ꝓ roſtris
ad magiſtratus, et in publico gymnaſio ad profeſſores
litterarũ habitas, et carmina nõ, ut in lucẽ prodirent,
nata, ſed nũc quibuſdam, qui ſe noſtri nimiũ fortaſſe
ſtudioſos oſtẽdũt, efflagitãtibus, in latibulis ſcriniorũ
forte reperta, uobis optimates dicare debui, neq; aliis
rectius orationes, quæ magiſtratuũ complectunẗ offi-
cia, q̃ his ipſis ac de me quidẽ benemeritis, qui magi-
ſtratus creant et gerũt, cõſecrari potuere. At mihi fuit
anceps pugna diu, ne proditẽt in lucẽ, quæ ad id neu-
tiq̃ fuiſſent elaborata, uidebã.n.nec eũ cui uirgula di-
uina lepor Atticus f lueret, hoĩbus noſtræ tempeſta-
tis adeo moroſis poſſe ſatisfacere, meq; ipſum ideo nõ
mouẽda mouere, et locutuleis blacteronibus detracto
bus qui tantũ legunt ut carpãt anſas obloquẽdi præ-
biturum, ſi quæ lucernam nõ olerent, ederem. Sed hoc

Plinius. Apelles.

demum ſedit animo, quod in manibus erat exhibere hac fiducia freto, quia ſæpe etiã eſt olitor ualde oppor tuna locutus, nec ullus liber adeo malus eſt, ut legere ẽ in epiſtola Plinii) quin aliqua ex parte proſit, et quia plerũq; ſolet ceu gratiſſima, quæ nuperrime uenerunt in aures, commendare nouitas, et ad id præterea lubẽs adductus fui, ut et amãtiſſimos mei demererer, et hoc opuſculo quid in charactere meo peritorum cenſura caſtigandum foret, reſciſcerem, et hoc eodẽ uelut ſpeculatore quodam præuio quid hoſtes molirẽtur quid captarent conſilii.i. Quid critici et detractores quãuis nullos mihi paratos nullis ego ipſe infeſtus exiſtimẽ obiicerẽt, explorarem, more Apellis, qui opera trãſeũtibus in pergula proponebat, atq; poſt ipſam tabulã latens uitia, quæ notarentur, auſcultabat, ſuſcipite igitũ hilari uultu. P.C. Optimateſq; opuſculũ numinibus ueſtris ex officio meo dicatũ, teſtimoniũ mei erga uos animi, non pro ueſtra quidẽ fortuna, nec adeo precio ſum, ſed quo nullum precioſius a Dominico clientulo ueſtro nec expectari debeat, nec dari poſſit. nec ullis unq̃ fuit uitio, deos, quo mõ poſſent, colere, quos uti ẽ omnino confirmatum, non tam accuratis cerimoniis q̃ alacri uolũtate delactari, ita uos ſpero, quæ ueſtra eſt humanitas, hoc munuſculũ qualecunq; ſit uelut gratum et iocũdũ benigne ſuſcepturos et ſucciſſiuis horis perlecturos, iam uentis uela permitto, et me clientulũ ueſtris uti numinibus ſuppliciter dedico. Valete.

pro

DOMINICI PLANORII BONONIENSIS ORATIO IN PVBLICO GYMNASIO IVRISCONSVLTORVM HABITA.

VAS humanæ uitæ uias mortalibus ab ineunte ætate proponi, ſicut priſci Vates et Philoſophi tradiderunt, ita nobis ē nō ignotū, Magnifice noſtri moderator gymnaſii, excellentes legū interpretes, uoſq; alii præclari Viri, quarum alterā induſtriæ, alteram ignauiæ dici uoluerunt, ut dexterior ad gloriā, ſiniſterior ad infamiā gradientes tandē perducat, quod uiatū diſcrimen quātū perniciei ſiniſtrorſum deflectētibus ferat, paucis attingere, et hominis dignitate prius celebrata, quod uitanda ſit improba ſiren deſidia, cūctorū ſcelerū fomes qđ ſtudio legū tranſigenda ſit ætas, referre in animo eſt. Quæ prius anxie cū mecum uolutarem, et huic ſeruire ſcenæ q̄ difficile foret, propter ſpectatores auris nec bœoticæ nec batauæ, cognoſcerem; ab incepto pene diſiſtebam. Cum impudentia, quæ ab græcis appellat ὑδσ ἡ ἀναίδεια (illi. n. dicatæ fuerunt apud Athenienſes aræ) ita præſto fuit, ita nutabundū confirmauit, ut frontem perfricuerim, ut loqui ſuper his, quæ digna ſcitu, quæ nitidioribus eloquētiæ floſculis aſpergenda forent, aggrediar, uos autē adeſte æquo aīo, benignis Vergilius.

et purgatis auribus. Accipite hæc aīs lætaſq́ aduertite mentes. Quãtæ molis ſit recta dirigere greſſum

Genius. excelléres ĩgenio uiri de ſacro q̃dē literarũ fonte promentes, tabella quadam, cuius expoſitionẽ eſt operæprecium noſcere, depinxerũt. Vbi ante id quod dixi biuium ſenior adſtat, ueneräda ſenectute, geniũ uocãt. Is omnibus uitam introeũtibus, quid agendũ ſit, imperat, et a poculo, quod uenenatũ mortalibus liquorem deſtillans, illix puella porrigit, abſtinẽdũ prædocet. Nam iuxta genium ſedet illecebroſa mulier, et potionem primo quidẽ guſtu prædulcẽ ſed poſt amarulentam atq́ luctiferã omneis homines hauſtu q̃ longiſſimo poteſt, blande bibere compellit, hæc inter ridentiũ cachinnos, laſciuientium plauſus, in medio ſu-

Suadella et eius potio. pereminens bibite omnes inquit bibite, ille meus eſt, qui ſuus nõ eſt, ille mihi gratior, qui ſibi nequior. Hãc puellam uellut Circen mortalibus exitialem, ſuadellã, uoluptatem, ſirena, uarii uariis nominibus haud longe ſignificatu diſtantibus appellant, cuius potionem, ſi qui forte requirant, nimirum eſſe aliud nihil, q̃ er-

Omnes inſanire. rorem et ignorantiam, quibus humanum genus infectum eſt (ut Cebes et Ambroſius tradiderunt) ſatis

Horatius. liquido cõſtat, bibũt omnes ex ea, alii plus alii minus, unde Horatius Flaccus in ſatyris et ex ſtoicorũ paradoxo grauiter ſimul et lepide dixit, huc propius me, dum doceo inſanire omnes, uos ordine adite, et item, nunc accipe quare deſipiãt omnes æque ac tu qui tibi

nomen

nomen inſano poſuere, uelut ſiluis, ubi paſſim pallā-tes error recto detramite pellit, ille ſiniſtrorſum, hic deſtrorſū abit unus utriq; error, ſed uariis illudit partibus. Ad hoc inſuper ſuadellæ, ſeu cōmentū, ſeu potius documētū libeat appellare, plures, enigma ſphingis, uel monſtrum, uel ſophiſtā captioſum fuiſſe credibilius ſit, addiderunt, id qui percepiſſent, ſalutē, qui uero non, exitiū conſequebātur. Ita qui genii præceptis obſecuti ſuadellæ poculum quāta bibentibus mala propinet, intellexerint, hi tanq̄ ſuperata ſphinge, quam uolunt inſipiētiam dici ſalutem ſibi parabunt, qui uero ſe ſe erroris poculo nimis ingurgitauerint, ad quantū perniciei ſe illius prima dulcedo conuertat ignorantes, hi a ſphinge. i. inſipiētia ſuperati, præcipites ab editiore loco demittent, et non minus contemptim q̄ fœde peribūt. Proide genio niſi uelimus deſerere ordinē, curru ue delabi, parendū eſt, qui ſicut nos uitam ingreſſos, ut præterita ſocordiæ uia ſalutis iter amplecramur, ita ut ſuadellæ potus unde manat confuſæ mentis nſcitia, deuitemus hortatur. Enigma ſphingis.

Iā ne forte, quæ de genio recta ſuadēte retulimus, uideantur parum ſpectatæ fidei, ad eam rem pertinentiā quædam repetere non erit alienum, noſtrates theologi ueteres opinor imitati duos genios, quos angelos uocant, cuiq; naſcentium ab ipſo ſtatim uitæ primordio dari prædicant, alterum bonum, Dæmonem uocant, qui commoda noſtra procurat, alterum duo genii

malum, Cacodæmonem dicunt, qui nobis, quantum queat, molitur exitium. cuius quidem traditionis fidẽ quæ ſcriptores hiſtoriarũ memoriæ prodiderũt, adaugent. Nam Caſſio Parmenſi, cũ ſe cõtineret Athenis, nocte concubia, hominis, magnitudine ingenti, colore nigro, ſqualida barba ſpeciem bis obuerſatã ferunt, et interrogatũ quis nam eſſet, reſpondiſſe cacodæmo/

Plutarchꝰ na. hinc non abludit quod in Bruto Plutarchus magna uir auctoritate ſcripſit. Is itaꝗ ſecum aliquid reputans ſibiꝗ ipſi intentus cũ ad ſe quempiã ingrediẽtem præſenſiſſet uerſus in aditum horrendã et monſtruoſam ſilẽtio ſibi aſſiſtere uidit imaginem, et auſus interrogare, quis nam es inquit aut deorũ aut hominum? ad quæ ſummurmurauit ille, tuus o Brute malus genius ſum, in Philippis me uidebis, ubi haud ita multo poſt, cũ dies fatalis imineret, terra illa ſpẽs ſe ite/

Seruiꝰ. rũ uidẽdã ꝓbuit, ad hæc Seruius Honoratus Omnigena pollẽs eruditione noſtræ quãuis extra limen religionis hiſce uerbis acceſſit; Nam cũ naſcimur, duos genios ſortimur, quorũ alter hortat̃ ad bona, alter uero detorquet ad mala, nec ab re genii uocitant̃ qui, cũ unuſquiſꝗ genitus ſit ei ſtatim obſeruatores deputãtur, quibus aſſiſtentibus poſt mortẽ aut in meliorem uitam aſſerimur, aut in deteriorem damnamur, nunc (unde fueram digreſſus) reuertendum eſt.

Verum enimuero, quoniã nulla non uirtus in excelſo habitat, et ut ait Plato. τα καλὰ δίσκολα, pulchra

difficlia

difficilia, et improbitas compendiaria res eſt, et inge/ nium omnium hominũ ab labore procliue ad libidi- nem, ut recte Bion dicere ſit ſolitus, facilem eſſe ad in/ fernũ uiã, illuc.n. clauſis oculis iri et id aſſertius Man tuanus Homerus, facilis deſcenſus auerni. Virtus in excelſo. Plato. Bion.

Noctes atq; dies patet atri Ianua ditis,

Quamplurimos cernas quibus(ut aiunt)animus de/ cidit in pedes, ab aſcenſu uirtutis, labore deterritos ſi- niſtrorſum iter arripere, et inſtar belluarum, quæ uen tri obedientes paſtum duntaxat et latibula quæritan- tes ſolum ad id, quod adeſt quodq; præſens eſt, ſe accõ modant, ocio turpi uitam perdere. Germen archadi/ cum, pecus ignauum, mentes cymeriis(ut aiunt)tene- bris atriores, remigiũ Ithacenſis Vlyſſei, qui non mo/ do ſuadellæ, ſed quoq; Circes poculis ita ſe proluerint, ut eorum quiſq; uiuat ſub domina meretrice turpis et excors, uel canis immũdus uel amica luto ſus, nec ſibi nec aliis utiles, ad numerũ natos, atq; cõſumere fruges, et in caducũ(ut dicitur)parietẽ inclinatos, qui ſi quan/ do reſipiſcunt, uirtutem ut uideant, intabeſcantq; re/ licta, uelut ſitiẽtes inter undas Tãtali, ꝓh Iuppiter p/ teſi ignauiã ſuã, quo mœrore conficiuntur, natura.n. cõparatũ eſt ut mali bibant improbitatis fecẽ, et uolu ptatẽ comes ſubſequatur mœror, nõ ita tamen unq̃ re ſipiſcũt, qui dediti corporis uoluptatibus ætatem per/ luxũ et ignauiam egerunt, quin eodẽ hæſitent in luto, quin ignauiæ culpam quæ ſua eſt alio trãſferãt, quip/

pe difficile eſt recta incedere cancros. Nam queruntur de natura ſui, quod imbecilla, quod inepta, quod æui breuis, lōgas artes fruſtra tentet, quod egena rerū quibus diſciplinæ parantur, haud facile emergat, quorum eſt improbitas admiranda, hominē, quo nihil ſub cœlo dignius, bonis artibus ineptū dixiſſe, quē, miraculū magnū diuinūq; animal et uenerādū uocauerūt Mercurius et Plato, quē ſūmus opifex ab humo excitatū, ſublimi uultu et quaſi contēpta humilitate terræ ad alta nitentem fecit, unde Naſonis carmen emanauit.

Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram
Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere
Iuſſit, et erectos ad ſidera tollere uultus. Nec minus

Iuuenalis. apte Iuuenalis hoc attigit, ideo uenerabile ſoli.

Sortiti ingenium diuinorumq; capaces
Vtq; exercendis capiendiſq; artibus apti
Senſum a cœleſti demiſſum traximus arce.

Anaxagoras. Nō iniuria igitur Anaxagoras interrogatus cur natus eſſet, ſolis et cœli uidēdi cauſa reſpondit, huic, æternus eſt animus ad intelligēdū et agēdū (ut ariſtoteles ait) nato, huic profunda maris colluceſcūt, huic altiſſimū cœlū quod uelut e ꝓximo cōtēplationi ſubiecit, haud quaq̄ uidet, hūc alii terrenū deū, alii terrarū dei principis eſſe characoma et ſcalpturā dictitarūt, ut quēadmodū in numo, Cæſaris, ſic in homine, dei cernat imago, cuius immortalitatē atq; diuinitatē quāuis plura teſtētur, hæc tamē in primis, cogitādi celeritas, inueniēdi ſo

lertia,

lertia ꝑcipiēdi facilitas ꝓteritorū memoria, futurorū ꝓuidētia qbus cæteræ carēt animātes. Satis ēt firmū ē hic æternitatē noſtrā poſſe dignoſci, ſolē ſine ſole non uideri, nec deū ſine deo cognoſci, cuius nulli animaliū ꝓterq̄ hoī cōceſſum ē habere notitiā. Quare ſi qs cæte rarū animātiū naturā cōſiderauerit, q̄s ꝓnis corporibꝫ abiectas ſummi dei ꝓuidētia fecit, ut ītelligi poſſet, eas nihil rōnis habere cū cœlō, nō poterit nō intelligere, ſolū ex oībus diuinū ac cœleſte animal eſſe hoīnē. Ad hæc, Pythagoræ uerba referre nō erit extra cātionem. Pythago/ras.

Ἀλλὰ θάρσει ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσι
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα

Quibus concipiendam fiduciam monet quod ſimus genus deorum, quod natura nobis auguſtior in lucē proferens ſingula monſtret.

Scilicet ēt ſi quis totius orbis terrarū dominatum cō/parauerit, ſi alterum mūdū eſſe perceperit, nō acquie/ſcet, Vt legere ē apud Iuuenalē de Alexādro Magno. Iuuenalis.

Vnus pellæo iuueni non ſufficit orbis,
Aeſtuat infelix anguſto in limite mundi
Vt giaræ clauſus ſcopulis paruaq; ſeripho,

Adeo ſe attollit auiditas diuini magnitudinem oſten tans animi, ut pleriq; etiam diuinos ſibi honores ar/rogauerint. Nam legere eſt græcorum commentariis, Libyam tuliſſe uirum nomine Pſaphonem, qui ma/gnificentia animi ſe latius expandente, diuinitatis opinionem adſciſcere ſit odortus, is captas auiculas Pſaphon.

quas ad humanum ſermonem dociles pernoſcebat,
Pſaphon. inſtruxit ut μέγασ θεὸσ ψάφων magnus deus eſt Pſa/
phon, enunciarent, quod cum expedite perdidiciſſent,
ut uulgo concinerent, et homines diuinitus fieri cre/
derent, emiſit. Prætereo ſalmonea.

Vergilius. Qui flammas Iouis et ſonitus imitatus Olympi
Quatuor hic inuectus equis et lampada quaſſans
Per graium populos mediæqꝫ per elidis urbem.
Ibat ouans, diuumqꝫ ſibi poſcebat honores,

Prætereo alios, quos animi celſitudo, ueſana fortaſſe,
ſed magnifico de fonte prorumpens eo prouexit, ut ſe
Phauori/nus. ueluti celeſtes coli ſtuderent, quo circa Phauorinus re
cte cenſuiſſe uidetur, nihil in terris magnũ præter ho/
minem, nihil in homine præter mẽtẽ qua fretus emu/
Zeuſis. lum dei ſe plerumqꝫ fateatur. Nam Zeuſin pictura no
bilem uuas ita pingendo repræſentaſſe ferunt, ut aues
Apelles. deceptæ ad eas tanꝗ̃ plane ueras aduolarẽt, et Apellem
ſic equam, ut equi prætereuntes adhinnirent, ſic canẽ,
ut canes adlatrarent expreſſiſſe. Et id genus alia de qui
bus longum meminiſſe foret.

Non igitur ignauiam noſtram expurgantes nos bo/
nis artibus parum idoneos eſſe queramur quorum in/
Seneca. geniis, auctore Seneca, ſemina uirtutũ innata ſunt. Ad
hæc etiam, nihil eſt quod æui breuitatẽ deploremus,
quippecũ nulli doctiores extiterint unꝗ̃, propterea qđ
diu uixerint, et nobis induſtriam potius defuiſſe, quã
uim, quã tẽpus, iniquum ſit non fateri. Nã quemad/
modũ

modũ quercus multis domatur ictibus et ſaxum ſtilli/
cidio ſi perpetuũ cadat excauatur, ita nihil eſt tam du
rum tam ue arduum quin aſſiduitate perficiatur, cuius Omnia aſ/
quanta ſit uis facile perſpiciet qui ſilices formicarum ſiduitate ꝑ
pedibus attritos uiderit, neq; fieri poteſt quin adiiciẽ/ fici.
do paulum paulo magnũ quiddã congeratur. Quod
autẽ ad paupertatẽ attinet, ea bonis artibus alimenta Pauperta/
magiſq; impedimenta præſtat, neq; tam multos a ſtu/ tis laus.
diis diuitiarũ luxus repellũt q̃ pauptas impellit, quo
dictũ fuit ab horatio pauptas impulit audax ut uerſus Horatius.
facerẽ, et a Lucano fœcunda uirorũ paupertas, ea ãnq; Lucanus.
Terentium Varronẽ ex macellaria patris taberna cõ/
ſulem fecit, ea Seruio Tullio ex ſerua nato non modo
regnum ſed quoq; triplicem triumphum peperit, ea
Socratem matrẽ obſtetrice patrẽ marmorario genitũ
ad clariſſimum gloriæ lumẽ eduxit. Euripidis poetæ,
demoſthenis oratoris, pirrhonis philoſophi, obſcurita
tẽ, paupertatẽ facio miſſam, eudoxũ cuius inter aſtro/
logos, geometras, medicos, nomen eſt celeberrimum,
Theomedontis medici pediſequum fuiſſe, Cleãtem
Zenonis diſcipulum adeo inopia laboraſſe, ut mer/
cenarius noctu in hortis hauriret aquas et puteos ex/
hauriret, interdiu ſtudiis liberalibus operam daret, do/
ctorum litteræ loquũtur, Prothagoram uirum in ſtu
diis doctrinarum ægregium, uictus quærendi gratia
uecturas onerum corpore ſuo factitare, quod genus
hominũ græci βαστάζοντας latini Baiulos uel gerru/

los appellāt, ſolitū fuiſſe accepimus. Quid ergo pau-
periem quaſi malum perpetuis conuitiis laceramus? quippe cum ſola fidis uberibus publicolas, Aemilios, Fa-
britios, curios, Scipiones, ſcauros, Camillos, et his ſimi-
Euripides. lia robora uirtutis aluerit, ut euripides merito ſcriptū
reliquerit πενία δ᾽ ἔτω σοφίαν ἔλαχε. i. paupertas ſapiē-
tiam ſortita eſt. Nam ſicut ignaua eſt opulentia, ita re-
pertrix multarum artium fuit inopia. Hinc illud Per-
ſianum magiſter artis ingeniiq; largitor uenter ne-
gatas artifex ſequi uoces, Hinc illud maronianum la-
bor omnia uincit improbus et duris urgens in rebus
egeſtas. Et apud Horatium nil mortalibus arduum ē.
perrupit acherunta Herculeus labor, expertus uacuū
Dædalus aera. Expergiſcamur igitur, excutiamus igna-
uiam, ubi nec ſerit nec meritur, accendamus quos na-
tura dedit uirtutis igniculos.

Labore opus eſt. Scilicet omnes qui ad gloriam nituntur, arduus et la-
boriosus trames agat neceſſe eſt, quia ſicut ait Flaccus

Horatius. Nil ſine magno uita labore dedit mortalibus,

Claudia. et Claudianus.

Nec quiſq̄ fruitur ueris odoribus,
Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos,
Si fronti caueat ſi timeat rubos
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.

Pindarus. ſicut et Pindarus πρὸσ ἄκρον ἀρετᾶσ ἦλθον οἵτε πόνον
ἐγεύσαντο. i. ſoli ad apicem uirtutis peruenerunt, qui
labores ſubiere. Huc et illud Horatianum accedat.

Qui

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam Horatius.
Multa tulit fecitq; puer ſudauit et alſit.

Quare Cleantes Laconem quemdam, quod diceret la Cleantes.
borem eſſe bonum, præclaro natum ſanguine iu/
dicauit.

Et quoniam Cato dicere ſolebat ocii rationem eſſe Temporis
reddendam, et Pythagoras duo tempora mane ſcili/ rationem
cet et ueſperam eſſe q̃ maxime conſideranda, dare redẽdam.
operam debemus (ut aiunt) ne dies ſine linea. Cum
ergo ſatis conſtet labore, quo nobis omnia uendun/
tur, eſſe opus. Iam quo genere laboris ſtudiiue tran/
ſigenda ſit ætas, paucis abſoluam. Inter ſapientes con/
uenire uideo, deũ mũdi machinã ꝓpter hominẽ, ho/
minẽ uero ꝓpter ſe tanq̃ cæleſtiũ rerũ cõtẽplatorẽ fin
xiſſe, rationiſq; capacẽ, mẽte, cõſilio, prudẽtia, inſtruxiſ
ſe, ſermonem et linguam cogitationis interpretem, ſo/
li, ut quæ ad deum, quæ ue ad homines iuſta pertine/
rent, enarrare poſſet tribuiſſe. Soli cuncta ſubieciſſe, ut
eſſet artifici ipſe ſubiectus, adeo ut iniquum ſit et mor
te piandum, eum, qui tanta præſtiterit non colere, et
hominem, qui nobiſcum ſit diuinitatis ſocietate con/
iunctus nõ amare. Idcirco iuſtitiæ cauſa, nos fuiſſe ge/
neratos facillime colligitur, cui quidem ſententiæ ma/ Nos ad iu/
nibus ambabus ſubſcribit Cicero hiſce uerbis, Om/ ſtitiam eſſe
nium, quæ in doctorum diſputatione uerſantur, ni/ natos.
hil profecto præſtabilius, q̃ plane intelligi, nos ad

iuſtitiã eſſe natos ideſt ut interpretat̃ Lactantius deũ honorare uelut pattem, hominem diligere uelut fra/trẽ, quare debemus ad iuſtitiã nati, legibus ediſcendis quæ nihil q̃ iuſtitiã docent omnes neruos intendere, quarũ originẽ uel Cereri, uel Soloni, uel Ligurgo, uel aliis demũ aſſcribere, hominis eſt parum perſpiciẽtis. Sciendũ eſt.n.legẽ non opinione, ſed natura conſti/tutam, non ingeniis hominũ excogitatã, non ſcitum aliquod fuiſſe populorũ, ſed æternũ quiddam, quod mentẽ dei uocant omnia ratione aut cogentis aut ue tãtis. Quæ ratio recta nõ modo antiquior eſt q̃ ætas populorũ et ciuitatũ, ſed æqualis cœlũ terraſq; regen ti. Non enim ſi regnante Tarquinio, nulla Romæ lex erat ſcripta de ſtupris, contra legẽ illã ſempiternam, Sextus Tarquinius uim Lucretiæ inferendo, minus peccauit. Nã lex nõ tũ demũ, lex cœpit eſſe, cũ ſcripta eſt, ſed tunc, cũ orta eſt, orta eſt autẽ ſimul cũ mente diuina. Leges æternæ, leges diuinæ, quas ad ſalutem ciuiũ ciuitatũq; incolũmitatem, et uitã hominũ quie tam fuiſſe ſcriptas, fatẽdũ eſt, quas debemus, ne ab no/ſtro latum (ut dicitur) unguẽ declinemus officio, ama re, ſcrutari, ediſcere, obſeruare, quod præcipiẽtes hone/ſte uiuere, alterũ nõ ledere, ſupplicioq; ĩprobos afficiẽ/tes, bonos defendãt atq; tueant̃. Quarũ ſtudiũ qui fue rit aſpnatus, qđ pbet, nihil relinq uideo: In his ergo ſomnus et qes, in his uigiliæ reponant̃, In his extremos rediiſſe pudeat, Hoc uincite ciues hoc phibete nefas.

Domenici

DOMINICI PLANORII AD MAGISTRATVS ORATIO.

m AGNA uos fortaſſe Reuerēdiſſime Præſes et Magiſtratus ampliſſimi capiet admiratio, quod ego admodum puer et rudis in hoc celeberrimo cōuētu fuerim auſus cōcionari ut pote neſcius quātū eloquentiæ poſtulet hic locus, hæc concio, ſed nihil eſt quod miremini, cū ſit difficile, cui nihil deſit, reperiri, cum ſit non ultima laus, in magnis audere, necnō et pulcherrimū de magiſtratibus et rep. diſſerere, quod me paucis tentātem benignis quæſo auribus audite. Magiſtratum uolunt a magiſtrando. i. moderando nūcupari, quod, queād modū leges præſunt magiſtratui, ita magiſtratus populo moderādo præeſt, itidem tradūt, legem eſſe mutum magiſtratū. Magiſtratum uero, legem loquētē, cui tanta eſt in re publica et rebus obeundis auctoritas, quanta eſt pupillæ in oculis, gubernatori in nauibus, aurigæ in quadrigis. Sicut enim oculi ſine pupillis cæcutientes hebetantur, naues ſine gubernatoribus naufragiū faciētes ſcopulis illiduntur, currus ſine aurigis præcipites et laceri per abrupta feruntur, ita ciuitates ſine magiſtratibus labant atq; ruūt, quare maiores noſtri uarios inſtituere magiſtratus. Nam initio rerum penes reges fuit ſummū imperiū, quos ad id faſtigiū, nō ambitio popilaris, ſed ſpectata inter bonos

moderatio prouehebat, id quod tum maxime patuit, cum Numapompilius ex curibus oppido Sabinorum Romam accitus eſt et ſceptro regio decoratus, quod ea tempeſtate uir ille quãuis peregrinus, diuini tamen et humani iuris conſultiſſimus parem non haberet. Nam debet ſemper imperium a minus bono ad optimum queq̃ tranſferri. longũ facerem, ſi exempla huic quadrãtia rei cõmemorarem. Verũenimuero, poſtq̃ reges per iniurias imperium agitare cæperunt, conſpiratum eſt in eos, hiſq; ab urbe Roma exactis. Romani duos ſibi cõſules elegerunt, qui publicæ utilitati cõſulerent, prouiderentq;, ne quid detrimẽti res publica pateretur. Verũ non multo poſt (ut oĩa ſemper in deterius prolabuntur) a patribus plebs uexari cœpit; ortæ ſeditiones et tumultus, inter patres et plebem, inteſtinum flagrauit odiũ, ut tenues ipſi Quirites in montem Auẽtinũ ſeceſſerint. patres autẽ, uelut caput membris deſtitutum, mala quæ ex diſcordia manare conſueuerunt, aio uerſabãt, huc res uelut in rem cõmunẽ deducta eſt, ut patres plebẽ ſibi per æqua, per iniqua reconciliandã cẽſerent. Miſſus eſt Menenius Aggrippa, qui ſimul intromiſſus, et coram data copia fandi, placido ſic pectore cepit. Ferunt olim, Quirites mei, reliquas corporis partes aduerſus uẽtrẽ indignatas, qđ ſolus alieno labore quieſceret, et conſpiraſſe, cibis denegatis, ut eum fame domaret. Sed membra totumq; corpus contabuiſſe, ut facile cõſtaret, ad uitam degendam, nõ minorẽ eſſe uẽtris induſtriam, q̃ reliquarum

partiũ

patriū, quippe cū ſanguinem, quo uiuimus, diuiſum
pariter cibó cōcocto in uenas diffundat, quo exemplo
Menenius, diſcordiā membrorū aduerſus uētrem, iræ
plebis aduerſus patres comparando, mentes hominū
flexit. itum eſt in cōditiones pacis, ut etiam plebs ſuos
magiſtratus haberet, tunc itaq; primum, quinq; Tri/
buni plebis creati fuerūt. ut et diſcordiis finē impone
rent, et iniurias a plebe propulſarēt. Veſtrū igitur eſt
munus, ut uos pro ſeruāda concordia et utilitate ple/
bis electi plebē ipſam illeſam tueri, manibus pedibuſq;
obnixe contendatis, et concordiā, qua paruæ res cre/
ſcunt, amplectamini, et diſcordiā, qua magnæ dilabū/
tur, opprimatis. Ad hoc quidem cōmune bonū, lon/
giori uos oratione libens, compellarē niſi et dictatorē
non minus iuſtū q̄ nobilē haberetis Corneliū Lam/ Cornelius
bertinum, Quem nihil præter inuidiam et auaritiam Lamberti
diras rerumpu. peſtes omnino fugiat, et hunc. R. P. nus.
qui dici poſſit concordiæ ueriſſimus auctor, diſcor/
diæ uero domitor acerrimus, hic eſt clariſſimus he/
ros, qui uelut Hercules alter, mōſtra ferarū claua tri/
nodi perdomuit, capita factionū prius uelut hydrā
pullulātē uictor proſtrauit humi. Hic ē Aeolus uergi/
lianus, de quo cantatū eſt. Vaſto rex Aeolus antro.
Luctanteis uentos, tempeſtateſq; ſonoras
Imperio premit, ac uinclis, et carcere frœnat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt, celſa ſedet Aeolus arce
Sceptra tenens mollitq; animos et temperat iras.

DOMINICI PLANORII AD MA GISTRATVS ORATIO

BIANTIS prienenſis grauiſſimam ſenté tiam perhibent, grauiſſimi iuſtitiæ præfe cti, qualis ſit quiſq;, imperio maxime de clarari, ut apud latinos latine loquár, uita to more quorundam, qui noſtri ſermonis nitorem, græculos uerſus longe quidem petitos inſerendo fœ dant, Legimus.n. et quandoq; nos ipſi uidimus exti tiſſe nonnullos, qui cũ uitam priuatam agerẽt, magnã de ſe ſe opinionem præbuerunt, et probitatis et per fectæ cuiuſdam abſolutæq; uirtutis, ſed iidem cum pri mũ aut magiſtratũ aut poteſtatem ullam adepti ſunt, nõ obſcure oſtenderunt ſe longe alios eſſe, q̃ ſimula rant, nouerunt uerſuti prauiq; ingenio et uultum pro uoluntate fingere et fucata quadam uirtutis ſpecie fal lere, Qua re impunitate propoſita nihil tandem ſub uerentes omnia pro impudenti libidine cogitant, mo liũtur, faciunt, ſed hi, qui mera ſolidaq; uirtute nitun tur, nihil habentes cũ fortunæ mutabilitate cõiunctũ, eoſdem ſe uſq; præſtant, et in maxima faciẽdi, quæ li buiſent, licentia, libidinibus moderantur. Qualem te magnifice Comes pepole, qualeſq; collegas tuos proxi mis hiſce menſibus agnouimus, polliciti quidẽ, maio ra præſtantes. Nam non modo hominũ, quæ magna fuit, ſuſtinuiſtis expectationem, uerum etiam uiciſtis opinionẽ,

Comes Alexander Pepolus

opinionē, qui iuſti eſſe maluiſtis, q̄ uideri, et ipſam po tius uirtutem, q̄ eius umbram conſectari, memores So cratem dicere ſolitum eos cōpendiaria et expedita uia ad gloriam peruenire, qui agerent, ut tales eſſent, qua les uideri uellent. Quid dicam de facili quorumcūq; ad uos acceſſu? q̄ obuios q̄ expoſitos omnibus nullo perſonarum diſcrimine præbueritis? quippe quibus ſit mente repoſtum quo uerbo Philippum Macedo nem quædam taxauerit Anicula, adiuerat regem cau ſam ſuam expoſitura ille inquit ſe ocioſum non eſſe, tunc illa, ne igitur regem agas. Tanq̄ nullus imperare neq; magiſtratum gerere debeat, qui adeuntes liben ter nō admittat. Eſt.n.in confeſſo nihil magis decere magiſtratum, q̄ ſe ſe omnibus obuium et facilem præ ſtare. Qua re Cæſar Auguſtus iuitabat trepidātes ac cedere, ex qua admiſſionū facilitate Pompeius, a Cice rone, Traianus a Plinio ſummis laudibus extolluntur. Cōtra, Demetrio difficiles aditus, ſuperbas aures, con tumelioſa reſponſa, hiſtorici uitio dederunt, et Hiero nymum Syracuſanum eadem nota pollutum non mi nori probro perſequuti ſunt. Iā quia plerūq; uſu eue nit, ut ſpecie uirtutis uitia fallant, cauendū eſt, ne faci litatē audiendi, ſequat facilitas credēdi. Non.n.tā ſpe cioſum eſt adeūtibus aures præbere benigne q̄ temera rium, fidem adhibere cōtinuo. Cuius documēta rei nō modo a te clariſſime Comes Alexāder uerū ēt et ab illo Macedone, cuius uirtutes ne dū nomen imitaris ſumē

Socrates.

Anicula quædam.

Cæſar Auguſtus.

Alexander Pepolus.

Alexander Macedo.

da ſunt, cõſueuerat ille, cùm iura daret populis, q̃ diu diceret accuſator, alteram aurem claudere, quæ uacua reo ſeruaretur, alteram uero accuſatori patulam porrigere. quibus ab inſtitutis et recto iudicandi more nullus eſt qui te putet alienum fore. Ad te. n. ſe uertit ſermo noſter equitum decus, Agamemnon, quippecum ſatis pateat, qua æquitate, qua prudentia hũc alias magiſtratum geſſeris. bene igit̃ patriæ conſultũ eſt, quoniam præſtat (ut Ariſtoteles in politicis ait) ciuitatem ab optimo uiro q̃ optima lege gubernari.

Agamemnon eques Graſſus.

EIVSDEM DOMINICI PLANORII oratio in publico Gymnaſio liberaliũ artium habita.

PERSVASum habeo, egregie magnificeq; Rector, uoſq; alii clariſſimi ſapientiæ candidati, qui huc conueniſtis, decreuiſſe, uitam non præterire ſilentio, quod multi ex mortalibus, uentri et ſomno dediti, ſicuti peregrinantes, tranſeundo, factitant, uobis autem, qui noſtis, quæ homines arant, nauigant edificãt, uirtuti omnia parere, placuit bonarũ artiũ negotiis neruos intẽdere, et cũ omnis noſtra uis in aio et corpore ſita ſit, utrũq; eſſe curãdũ, q erit ſanæ mentis, exiſtimabit, magna qdẽ cũ laude, cũ nihil ſit optatius, q̃ ut ſit mẽs ſana in corpore ſano, et cũ philoſophia animo, medicina corpori, ſalubritatẽ præſtẽt, de utraq; hodierno ſermone q̃ breuiſſime

me potero differam, in quo, illud mihi Vergilianum, a uobis pſtari uelim. Côticuere oēs, itētiq; ora tenebāt. Quoniā tradūt côtinēs prius eſſe côtēto. i. corpus ante animā, de corporis curatione, quā medicinā uocāt, primū ſermo futurus eſt, et queādmodū lacera puppe gubernator in ea ſe ſe nō côtinebit amplius, ita corporis ſolutione facta, migret anima neceſſe eſt. quāto. n. uaſa melioribus referta ſunt, tāto ſolertius, ne rimæ labefaciant, cuſtodiri debent, unde laus medicorū effulget, q nos diuinæ capaces auræ, et facere, et ſeruare incolumes, elaborant, Medicinā eſſe rē ſacrā, ab ſummo rerū opifice demiſſam, et medicū honorādū, quod illū creauerit altiſſimus, ſacræ teſtant litteræ, quo circa, maiores noſtros, hoc genus hoīum uice deorū coluiſſe accepimus. Quid memorē græcos eoſdē honores Hippocrati decreuiſſe? Quos Herculi? Quid receſeā Aſclepiadē legatos a Mitridate rege et pollicitationes eius ingētes habuiſſe neglectui? Quid referā Critobolū et Eraſiſtratū ui medica ppolētes, a ſūmis regibus, Philippo et Antiocho, ſūmo habitos honore? Quid Caſios, Carpitanos, Arūcios, Albricios celebrē? qbꝰſingulis ducēta et qnquaginta ſeſtercia, a Romanis principibus quotānis pēdebāt. Quid ſtertiniū? cui merces annua fuere quingena ſeſtercia, prætereo, quātæ apud Cæſarē auguſtū auctoritatis fuerit Antonius Muſſa, ptereo multos ex nr̄atibus, quorū ope, plures aura ueſcunt æthera, nec adhuc mortalibꝰ occubāt umbris,

Medicorū laus et dignitas.

poſſem multis argumẽtis oſtendere, omnes hominũ labores et artes recenſendo, cũctis præſtare medicinã, poſſem oratione prolixiori, multas medicorum laudes quæ ſe ſe offerunt, in unum cõgerere, ſed iſta qui nõ uidet, exoculatus eſt, quippecum, ex omnibus hominum ſtudiis, nulla humano generi magis opitulẽtur, nulla ſtoicorum ſententiæ, homines hominum cauſa eſſe generatos, magis adhæreãt, et ꝑfecto ſi qd in terris ſalubre eſt, medicinã ſaluberrimã neceſſe eſt fateamur, cuius inuentores Apollinem et Aeſculapium nõ iniuria priſci cœlo dicauerunt. Iam cũ hæc ſatis per ſe clara pateſcant, alteram medicinæ partẽ. i. philoſophiam debeo paucis attingere, eſt enim quædã medicina certe nec tam fuit hominũ generi inimica natura, ut corporibus tot res ſalutares, animis nullam inuenerit, de quibus eſt etiam merita melius, quod corporum adiumenta adhibentur extrinſecus, animorum uero ſalus in his ipſis incluſa eſt, nec aliũde petenda, ex hoc Horatius ait nauibus atq; quadrigis petimus bene uiuere, quod petis, hic eſt, et quoniã Plato ſcriptum reliquit, corpori tantum eſſe indulgendum, ut poſſit philoſophiæ præſtare miniſterium, in eo curando plus æquo uerſari hominis eſt ſe ipſum non cognoſcentis, nõ. n. homo eſt, quod cernitur ſed, quod in latibulis corporis deliteſcit, alta demiſſum ab arce, id pulchris nitidiſq; coloribus, ueluti tabula, in qua depictum ſit nihil, exornandũ eſt. At quibus coloribus. i. quo genere

De philoſophia.

Horatius.

uitæ

uitæ ſit utẽdũ, pauci, quos ęquus amauit Iupiter, agno
ſcunt. ut Hercules etiam, cui nomen a uirtute fuit, ut-
ram uiam caperet, diu fuerit hæſitabundus. Duas. n.
uiderat alteram uoluptatis, alterã uirtutis, et inter am-
bigendum duæ, (ut prodicus eſt auctor) illum matro-
næ conuenerunt, altera cultu regio blanda ut iuuenẽ
ad ſe pelliceret, uoluptates oſtentabat et pollicebatur,
altera uero grauis et ſeuera nec uoluptatem aliquam
nec quietem promittebat, ſed pericula, labores, ſudores
exanclandos aiebat futurum autem præmiũ, ut deus
fieret, hanc demum Herculem ſecutum fuiſſe con-
ſtat, unde nobis documenta ſumenda ſunt ſi dei. i. im
mortales effici uolumus, hunc igitur imitantes per illi
us ſeueræ matronæ ſemitas incedamus, et ne uitæ prio
ris pœniteat, cum tempus per ſocordiã abierit, et nihil
ſit præter dolorem reuocanti rediturum, probatiſſimũ
ſtudii genuis eligamus, ſed quid philoſophia melius,
purius, ſanctius, ſublimius, eligi poteſt? hæc. n. cœlum
mẽtibus noſtris puiũ facit, de qua ſic cecinit Horatius

Duæ matronę cõuenerũt Herculẽ iuuenem.

Horatius.

Cum tu inter ſcabiem tantam, et contagia lucri,
Nil paruum ſapias, et adhuc ſublimia cures,
Quæ mare compeſcant cauſæ, Quid temperet annũ,
Stellæ ſponte ſua iuſſæ ne uagentur et errent,
Quid premat abſcurum lunæ, quid proferat orbem,
Quid uelit et poſſit rerum concordia diſcors.

Nam et cauſas rerum rimatur et naturas ut etiã apud
Vergilium, docuit quæ maximus Atlas,

Vergilius.

Hic canit errantem lunam, ſoliſq; labores,
Vnde hominū genus, et pecudes, unde imber et ignes

Omnes homines olim agre/ſtes.

Hæc etiam mores hominū componit et format, qui
olim cum eſſent rudes et agreſtes, ſalutaribus philoſo
phiæ præceptis, quod in primis Mercurio et Orpheo
acceptum refertur, in unum conuenerunt, et poſita fe
ritate, ingenium diſciplinis et moribus excolere cœpe/
runt, hæc etiam morbos animorum depellit, nam, ut

Horatius.

teſtis eſt Horatius noſter.
Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem,
hæc nubem diſcutit, quam prodiderunt Vergilius et

Mortaliū uiſus hebetari nube.

Homerus humidam circum caligare et obductā mor
tales hebetare uiſus. Ad hanc igitur diſciplinarum re
ginam profecturis, mens expianda eſt, nam, ut inquit

Horatius.

Horatius.
Sincerum eſt niſi uas, quodcunq; infundis, aceſcit.
Et in maliuolam animam, ſapiens admonuit, non in/
greſſuram ſapientiam, tantum itaq; ſacrum tractatu/

Carneades

ris imitandus eſt Carneades academicus, qui aduerſus
libros Zenonis ſcripturus, dicitur ſuperiora corporis
elleboro purgaſſe. Quanto.n. ſacratior res eſt, tanto
purgatius, et relligioſius adeunda eſt, Quare, cum phi
loſophia, ſapientiæ ſit amor et ſtudium, eos ipſa qui
factis procul, uerbis tenus philoſophātur, qui Curios
ſimulāt et bacchanalia uiuūt, et đ uirtute locuti clunē
agitant, illud Euripidis uſurpātes linguā iuraſſe, mētē

uero

ueto iniuratam manſiſſe, arcet a præſepibus Ambro/
ſiæ ſuæ, et procul o procul eſſe profani conclamat, cu/
ius inuiolabile numen, cū ſatis laudare nequeam, ha/
benas ingenioli mei continebo, ne peccet ad extremū
ridēdus et ilia ducat, admonitus uerbis Phauorini, q Phauori/
dicere ſolebat, exigue et frigide laudari turpius eē, quā nus.
inſectanter et grauiter uituperari, hortabor tamen et
ſponte currentibus addam calcaria, ut medicinæ, quæ
duplex eſt corporis et animi, ſummis uiribus inuigile/
tur, cæteris tamen diſciplinis liberalibus, prius aliqua
ex parte libatis, ut gradus fiat a minoribus ad maiora,
et nos quaſi ſolem in aqua prius uidere cōſueti, ad ip/
ſam lucem conſtantius oculos dirigamus, inſtemus
ardētes operi regniſq; futuris nam ut Flaccus inquit.

Sapiens uno minor eſt Ioue, Diues
Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum,
Præcipue ſanus.

Paremus agite paremus ſupellectilia, nō humeris gra/
uia, non fortunæ caſibus obnoxia, unde Bias audien/
dus eſt, unus e ſeptem græciæ ſapientibus, qui filio ad
ægyptios proficiſcenti, et patrem interroganti, quid
nam agendo maxime ſibi gratū faceret, ſi uiaticum in/
quit ad ſenectutem compares, uirtutem, ni mirum pro
uiatico intelligens, ad quod et Horatius ſic alluſit, ut Horatius.
ſemel finiam.

Hoc opus hoc ſtudium parui properemus et ampli,
Si patriæ uolumus ſi nobis uiuere Cari.

DOMINICI PLANORII AD MAGISTRATVS ORATIO.

u ETVS eſt adagiũ, Imperium gere ſed ubi prius imperium ferre didiceris, tanq̃ debeãt qui uelint aliis imperare ſuis prius deuictis cupiditatibus, rationis imperium ferre, neq; alios rite regere uideantur, niſi quos ipſa ratio rexerit. Quorũ in numero cũ Reuerẽdiſſimus hic præſes et ſapientiſſimus recenſeatur, diuino quodã munere deorum ad nos iterũ miſſus, cuius aduentũ, non minus optatũ et gratũ extitiſſe, q̃ utilem fore, compertũ eſt, nam præteritorũ exhibitio eſt futurorum certitudo, ſatis. n. ſatis inquã uulgatũ eſt, qua prudentia, qua ſapientia, qua iuſtitia, et æquitate hanc alias rem pu. rexerit, huius imperio pariter et ueſtro, tribuni ſacroſancti, Populus Bononienſis ſe ſe regendum plauſibiliter ſubiicit, quippequi uobis magiſtratũ ineuntibus, ſub hoc Reuerendiſſimo heroe Aueroldo, ſub clariſſimo dictatore Rengherio, ueluti duobus ut ita dicam luminaribus, ſibi bene ominetur. Mihi autẽ cætũ hunc augustum contemplanti, uelut conuiuæ, apponitur cæna dubia, et præſentis diei cauſa tantũ præbet argumẽti, ut neſcium faciat, unde ſumatur initium. Libet tamen in primis patriæ gratulari, quod iterum ſub umbra illius, quem deſiderauimus, ſapientiſſimi præſidis Altobelli Aueroldi, liceat tuto quieſcere, quod optimum

mum iuſtitiæ(ut dicitur)uexilliferum, ab illuſtri, ſtemmate Rengherio, tũ nobiliſſimum tum innocentiſſimum, quodq; alios optimos magiſtratus nacta fuerit, quia ſolent, qui præſunt ſi boni ſint bonos quoq; reddere populos, quorũ lenitas et clementia cum ſatis exploratа ſit, hodierna die nobis erit ut fiat quaſi quædã uirtutum connexio et admixtio rei pu. ſalutaris, de ſeueritate diſertatio. Et pro mea quidem ſententia mentes hominum quæ ſemper nitũtur in uetitũ cupiũtq; negata terrore pœnarum melius q̃ lenitate cohiberi, in hunc modum patefaciam.

Tantum uicine Palemon.

Senſibus hæc imis res eſt non parua, reponas

Oẽm poteſtatẽ eſſe a deo, et rectores rerũ pub. dei miniſtros, nullus ſanę mẽtis ĩficiabit, neq; uicarius aberrabit ſi cuius; uicẽ geſſerit, leges imitabit, enimuero nõ modo philoſophi, et theologi monumentis litterarum prodiderunt, ſed et experimenta teſtantur apertius, deum optimum maximum iraſci, minari, punire, nam flagitiis mortalium, quorũ eſt impatiens, ſæpiſſime fulgurat, tonat, fulminat, et mentes humanas, emẽdationis cauſa, uariis e cœlo prodigiis concutit. Horreſco referens acies igneas et ſanguineas in cœlo crebeerrime mortalibus oſtentatas. Cometen crinitum regna uexantem, atram tabem, diram famem, prodigialem terræmotum, cruenta bella, cõflagrationes igniũ, inundationes aquarum, quæ nunq̃ ſine numine diuũ

deũ] iraſci.

Prodigia ex cœlo.

eueniunt. Cum ſummo regi libitum fuit, rectum deſe-
rentes tramitem, uel furore arguere, uel ira corripere.
Eſt adeo genus humanum ad mala procliue, ut nec
minis cœleſtibus, nec etiam flagellis, in officio contine-
ri poſſit, inops animi dicendus eſt, et mittendus anti-
cyram, ſi quis credat populos, principis amore, per iu-
ſtitiæ ſemitas inceſſuros, quorum libidines nullis caſti-
gationibus diuina refrœnet clementia. Terrore igitur
opus eſt, qui ad uitiorum emendationem rebus huma-
nis utilis eſt atque neceſſarius. Nam ſi deus uniuerſorū
peccata coercet, non ne et magiſtratus poteſtati ſuæ
ſubiectos, coercere debebunt? niſi enim Rex magiſtra-
tus, paterfamilias, iraſcantur, terrefaciant, caſtigent,
erunt ludibrio ſuis, et nuſquam tuta fides. Legibus, plebi-
ſcitis, magiſtratibus, ſeruiendum eſt, at rari ſeruiunt
niſi coacti, imperia igitur et res publicæ metu con-
ſtabunt.

Terrore opus eſſe.

Eſſet longum dictu, quantum profuerint humano
generi, ſeueritatis et caſtigationis, exempla. Domitius
prætor cum Siciliam regeret, edixit, ne quis in pro-
uincia. telum haberet, forte paſtor, eximiæ magnitu-
dinis aprum dono attulit, Domitius paſtorem cruci
affixit, quod præter edictum, ui ferrea belluam con-
feciſſet, nec Domitium crudelem uocari ratio publici
imperii paſſa eſt. Hiſtorici, quibus poſſunt eloquen-
tiæ uiribus Cambiſem regem extollunt, qui mallum
quemdam iudicem corporis pelle nudauit, et eam

Domitius prætor.

Cambiſes rex.

pro

pro tribunali fixit, in quo filium eius iudicare uoluit.
quo effectum eſt ne quis poſtea iudex ullo ſe pacto
corrumpi ſineret. Vbiq; gentium eſt in confeſſo, ſeue-
ras nolentium reſipiſcere caſtigationes eſſe tutiſſi-
ma legum et innocētiæ propugnacula, quid dicā de
Poſthumio Tiburte, Tito Mallio, Iunio Bruto? quā-
tum ſeueritate filios occidendo profuerint. Iudica-
uerint.n.optimi uiri ſatius eſſe patres filiis q̄ patriam
diſciplina carere.

Non ignoro fore, qui noſtræ huic orationi recla-
ment, hac in re ſeueritati clementiam præponentes,
hoc uerſu ſuffulti, quem metuunt, oderunt, quem Quē me-
quiſq; odit, periſſe expetit. clementiam cuiuſq; officii tūt oderūt
et profeſſionis uiros q̄ maxime decere, non imus in-
ficias, ſed quæ de illius laude traduntur, magis ad rem
priuatā, q̄ publicam ſpectant, Iulio Cæſari nihil ma- Iulius Ce-
gis nocuit q̄ clementia, qua cæteros uſq; ad pœniten- ſar.
tiam facile ſuperauit, ab his enim quibus ueniam
dederat, multis acceptis uulneribus confoſſus eſt,
Publii Mimographi uerſum experiendo. Veterem Publius
ferendo iniuriam inuitas nouam. Quod autem ad Mimogra
odium pertinet, ſi metus illud gignit, Vir bonus phus.
reſpondebit, oderint, dum recte uiuant. Nec odium,
ſi quod ſeueritas et caſtigatio pariant, permanebit,
tanta enim uis eſt honeſtatis, ut etiam mali, cum
ſe meliores agnouerint, eum, per quem fuerint emē-
dati, ultro diligant. Cur oderint? quia neceſſe

eſt bono et iuſto diſplicere quæ praua ſunt, et is, cui mala diſpliceant, tum moueatur, tum ſurgat in pœnas, ut diſciplina ſeruetur, mores corrigantur, licentia comprimatur, cur oderint? cum malis facinoribus ignoſcere crudelitatis ſit, nō pietatis, nam uitam perdimus eorum quibus indulgemus, et audatiam ad maiora ſcelera, et maiores inde pœnas, enutrimus. Quare Marcus Tullius in libro de officiis cum temporum ſuorum calamitates et Cæſaris tyrannidem ingemeret, iure plectimur inquit, niſi.n. multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nūq̄ ad unum, tanta perueniſſet licentia. Iam cum nihil ſit impunitate nocentius, ſic colligendum puto, quemadmodum leges, quæ nocenti tribuunt quod meretur, nocentes, et iniuſtas, nullus appellat, ita iudicem non nocentem, ſed integrum bonumq; debere dici, qui malefacta caſtiget, tolle timorem, tolle pœnas, humana uita turbabitur, et ad tantam ſtatus rerū confuſionem corruet, ut contemptis legibus, ſola regnet audacia. Sapienter Solon dicere ſolebat, rem publicam, duobus, præmio ſcilicet et pœna contineri, cui te ſimilē Reuerendiſſime Præſes in hac fore prouincia (ut moris eſt) nemo non ſperat, et effectū iri tua ipſius opera, ut indies apud nos ſcelera rariora ſint. quo auſpice clariſſimi magiſtratus uobis etiam iudicia trutinantibus, plerīq; omnes opinantur, malis pœnam, bonis ueniam, afflictis opem, non defuturam..

Marcus Tulius.

Solon

Dominici

DOMINICI PLANORII AD MAGISTRATVS ORATIO.

ORATORIS officium eſt, clariſſimi uiri, perſpectis auditoribus, ad eorũ animos accommodare ſermonem. Quare cum pietas ueſtra in patriam, et æquitas in iure dicendo neminem lateant, nil aptius, nil accõmodatius uiſum eſt, q̃ coram uiris iuſtis de iuſtitia meminiſſe, more quidem nõ cæteris peruulgato, facturus uideor operæ preciũ cũ de iuſtitia ſit ſermo, ſi unde fluat quibus ue ſcaturiat uenis, expreſſero. Quãq̃ uirtutes omnis ea cõtineri, philoſophi profeſſi ſint, duæ tamẽ præcipue nequeunt ab ea diuelli, pietas. ſ. et æquitas, quibus duabus ueluti uenis fons iſtæ cæteris uirtutibus exuberans emanat, pietatem utiq; cõſectabimur, ſi parentes cæteroſq; maiores noſtros merito proſequemur honore, ſi ſummum rerum opificem potiſſimum uenerabimur, cuius amoto numine, fruſtra ſumunt operã, qui tutãdis ciuitatibus p̃ſunt, hinc dixere græci μία φύλακη εὐσέβεια. i. ſola cuſtodia eſt pietas, eãq; ſic declarãt ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσισ ἐςι τοῦ θεοῦ quibus ſatis cõſtat q̃ a recto tramite deflectãt, qui p̱ ſeuitiã res agũt qua nihil eſt, quod magis hominũ naturæ reluctetur, nihil eſt, quod magis inuiſos homines efficiat, quid de pietate, quæ patriæ debet referã? ea. n. ſola omnes omniũ charitates complexa eſt, ea noſtri ortus partem ſibi

Duæ iuſtitiæ uenæ.

Pietas ẽ cognitio dei

uendicat, ei omnes omnia debemus, etiam, ſi opus ſit, mortem oppetere, dulce enim et decorum eſt pro pa/tria, et uoluere caſus et adire labores. Iam ſe ſe mihi offerunt exemplorum agmina, quibus fit palam, quã/tum pietatis, patriæ debeamus, uellé eqdé uellé p̃ hũc mihi cãpũ liceret latius euagari, ſed dicturiẽtem remo rantur temporis anguſtiæ quo fit ut ocius q̃ fas erat, q̃cꝙ animus ferebat, ab hís me diſſoluam, daturus ope/rã uiciſſim, ut ſum pollicitus, equitati. Hæc altera iu/ſtitiæ pars eſt diuiſa bifariam, et in equitatem recte iu/dicãdi qđ ipſum laudabile ẽ in homine iuſto, hæc.n. et inter ſummũ ius, quod plerũꝙ ſumma eſt iniuria, et indulgẽtiam iudicum, unde oritur licentia peccãdi, medium locũ tenere dicitur, et in eam, quam Marcus Tul. uocauit æqualitatẽ. Nãꝙ natura nos oẽs æquos ideſt pares eſſe uoluit, eandem omnibus et naſcendi et moriendi conditionem impoſuit, cunctis idem pater eſt deus cunctis eadem mater eſt terra, qua re debent ſinceri iudices nullo perſonarum diſcrimine, nullaꝙ habita ratione nec maioris nec minoris, cauſas æqua lance perpendere. duobus igitur fontibus pietate et equalitate iuſtitia uiget. qui ſi uel obturentur uel la/befactentur, ipſa remigrabit in cœlum, quod ne faciat ipſi cuſtodiendæ clariſſimi uiri ſenatus noſter iuſtis de cauſis iuſtoꝙ iudicio uos ipſos præfecit. Sed im/primis dictatorẽ non minus probitatis q̃ generis di/gnitate præſtantem Laurentium Blanchettum, cuius

Omnes fecit natura pares.

Laurẽtius blãchettus

benignitatem

benignitatem in amicos ſtudium et fidem in rempu.
cum plura teſtantur tū etiam quia præſens eſt, de lau-
dibus eius quæ plurimæ largius ſe ſe ſuggerente mate
ria prædicari poſſent, reticendum putaui.

EIVSDEM DOMINICI PLANORII BONONIENSIS AD MAGISTRATVS ORATIO.

q VONIAM fuit ſentētia Platonis cla-
riſſimi rei publicæ moderatores, orbē ter-
rarum tum demum futurum beatum, cū
aut ſapientes regere aut regentes ſapere cœ
piſſent, et quia deligi ſolent ad imperandum, quorum
de iuſtitia magna ſit opinio multitudinis, ad hoc di-
gnitatis faſtigiū uno oium ſuffragio eſtis euecti. neq
uos ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos mode
ratio iuſtitiæ adminiſtrādæ pfecit, quo mihi pauca re
ferēda ſūt nō ignota qdē, ſed tamē grata relatū, ut cū
Senatus Bononienſis magiſtratum deferens in tus et Cognoſce
in cute uos nouerit, et ipſi uoſmet ipſos pernoſca- te ipſum.
tis. ferūt e cœlo deſcēdiſſe et ī Apolinis tēplo literis au
reis cōſecratū fuiſſe γνῶθι σεαυτόν. i. cognoſce te ipm,
figēdū et memori tractandum pectore, ſiue cōiugium

quæras ſiue in ſacra parte ſenatus eſſe uelis, te conſule, dic tibi qui ſis, in rebus ſummis minimiſq; buccæ noſcenda eſt mēſura ſuæ, et quid quiſq; habeat ſui, oportet expendere, et ſtudia naturæ ſuæ metiri, ſapientis eſt .n. iudicare ad quæ natura nos impulerit, et in his ſe ſe continere finibus quos ipſa præſcripſit, qui autē uolet ſe ſe altius prouehere, lapſu grauiore ruet, nā irriti ſunt labores noſtri repugnante natura, neq; debemus aggredi quidq̄, quod noſtris non ſit æquum uiribus, ne hiſtriones et mimi prudentia nos antecellant, qui fabulas agendas, quæ ſibi ſint accommodatiſſimæ dum ſubeunt aliorum perſonas, ſolent eligere. Nam qui uoce ualēt, Epigonos tragœdiam tumultu et clamore refertam eligunt, qui uero geſtu, agūt Clitemneſtram, quæ arrepta ſecuri inter epulas Agamemnonem maritum confecit, in qua re agēda opus eſt geſtu. Iniquū eſt igitur et indignū, ut quod hiſtriones uiderint in ſcena, id uiri ſapientes nō uideāt in uita. debet .n. quiſq; ad quas erit idoneus, in his potiſſimum rebus elaborare, quam ad rem ſapientiſſimi Senatores noſtri uos elegerunt, et rei pu. moderandæ habenas tradiderunt, quod nequaq̄ feciſſent, niſi compertum haberent uos ad id natura progenitos atq; propenſos, quibus de cauſis eſt æquum uos in uobis publicam perſonam ciuitatis agnoſcere, et eius dignitatem pro uiribus illeſam tueri, curaſq; omneis in commune bonum cōferre, quod quidem facile conſequemini. Si dictatorem

uirum

uirum pietate grauem et meritis Herculem beneuolũ uobis ut exẽplar imitandum præpoſueritis, cuiuſqui-dem generate ſit rerum experientia, et in iure dicendo iuſtitia facilius eſt cognoſcere q̃ prædicare.

REVERENDO CANONICO SALVATORI MELLEGOTTO DOMINICVS PLANORIVS S.P.D.

ARIAS de rebus quæ uel bonæ uel malæ mortalibus eueniũt, opiniones fuiſſe uideo Reuerende Domine, alii.n.fieri fato quæcunq; fiant arbitrantur, qui non ſunt prorſus, ſi de fato recte ſentiant, et id quod deus fat.i. prouidentiã uocent, explodendi, at ſi circularem motum aſtrorum, rebus quæ nobis eueniunt cauſam et neceſſitatem præbere uelint, non tã impio q̃ magno uerſantur errore, quippecũ, ſi res ita ſe haberet, uanæ leges, uana iudicia atq; conſilia forent, ſtultæ orationes, hortationes, admonitiones, et bonis præmia malis ſupplicia præter æquum irrogarentur. Iniuſta ſydera, ſi hos fœlices, illos infœlices efficerent, iniuſtus et ipſe deus, ſi talia quæ nobis malorum illationem ex neceſſitate imponerent, condidiſſet. Valeant igitur, quos furor et tanta inſania uexat, quia non modo omnem politiam tollunt, ſed quoq; naturam, et ea quæ ſunt

De fato

De fortuna.

in nobis euertũt. Alii fortunæ rerũ euẽtus aſſcribunt, a qbus ſola inuocatᷣ, ſola laudatᷣ, ſola arguitᷣ, et cũ cõuitiis colitᷣ, cui fortunæ nomẽ ĩdiderũt a feriẽdo, et cæcã qđ nullũ, uel deprimẽdo uel fouẽdo diſcrimẽ habeat multo, magis ipſi cæci depixerũt, de q̃ ꝓ illorũ ſententía Maro cecinit. Fortuna imeritos auget honoribꝰ Fortuna innocuos cladibus afficit. Cuius auctores ſentẽtiæ uel potius demẽtiæ ſi pcũctaberis qđ nomẽ id ſibi uelit, aut eãdẽ uim ſyderũ, qđ aliis fatũ placet appellari eſſe reſpondebunt, aut qđ uero propius eſt, excordes obmuteſcẽt. Nec id mirũ, cũ fortuna, quã uulgus deam res humanas uariis caſibus illudentem credunt, ſit nihil, Et ab ore ſapientum q̃ maxime remota, ut Iuuenalis docet, nullum numen habes ſi ſit prudentia, ſed nos, te facimus fortuna deam cœloq; locamus. Sunt etiam, ſicut auctor idem docet, qui caſibus omnia ponant, et mundum nullo dicant rectore moueri. Hos quidẽ præterit caſum a doctioribus in hũc modũ exponi. ſ. concurſum ſimul accidentium ſine ratione cauſarum, uel in uita carentibus uel in mutis animalibus, ut ſi ſaxum prolabatur ultro, ſi armenta ſtabulis egreſſa ſponte domum repetant. Nihil ergo nobis cum caſu cum fortuna cum fato, quæ nomina uana, quidam, et cũ ignorarent, a quo mundus eſſet conditus, et nihil in homine diuinum cognoſcerent, ſibi finxerunt. Adeo mortales oppreſſit ignorantiæ caligo, ut Anaxagoras, circũfuſa eſſe tenebris omnia, dixerit

De caſu.

dixerit, et Vergilius nubem circum caligantem mortales uiſus hebetare. Nos autem, et omnes, quorum melior ſententia menti ſurgit, prouidētiam dei, ſine cuius nutu, ne ulla quidem in arboribus folia quatiantur, aſſerimus, quæ nihil aliud profecto q̄ uoluntas dei et circa ea quæ facta ſunt procuratio dicēda eſt.

Omnia et roribus plena.

Prouidentiam dei.

Neceſſe eſt enim et eundem eſſe factorem eorum quæ facta ſunt, et prouiſorem, nefas eſt inquā alium facere alium uero quæ facta ſunt procurare. Iam cum deus ſit prouiſor et uoluntas eius prouidentia, haud tamē ierim inficias, eſſe multa quæ pro noſtro libero arbitrio fieri ſinat. In nobis nempe ſunt electio conſilium, conſenſus, lætari, concupiſcere, mentiri, dare, et quæcūq; ſunt id genus in quibus uitii et uirtutis opera conſiſtunt.

Liberū arbitrium.

ſunt et in nobis animorum motus, ut tu olim Romā petere, petens Amaryllida et Galateam relinquens, cū prius Bononiæ ſimul in ſtudiis literarū uerſaremur, ſapienti conſilio in animum induxiſti, opinor hoſce Vergilii uerſus uerſabas animo, Nanq; (fatebor.n.) dū me Galatea tenebat, nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi, nō unq̄ grauis ære domū mihi dextra redibat, tu igit̄ Mātuano uati nō diſſimilis ad Auguſtū.i. Reuerēdiſſimum Cardinalem proba de gente Graſſum Dominum Achillem te contuliſti, ubi bonus bonum benigne ſuſcepit, et euexit, neq;.n. poterat aliter fieri, quin pater ille, non minus integerrimus q̄ doctiſſimus ingenioſum uirum complecteretur. Cæterū cū deus omnium prouiſor exiſtat, id hac lege fit, ut ra

tiſſime bona conferat, niſi uoluntas noſtra ſe idoneã ad accipiẽdum exhibuerit et pro uiribus laborauerit, cum nemo ſit niſi peracto certamine coronandus, et ea quam dixi prouidentia haudquaq̃ faueat his qui nihil audent experiri, ſed uelut cochleæ perpetuo la-tent intra teſtas. Cur uero non omnibus laborãtibus res ex animi uoto ſuccedãt, id a ꝓuidẽtia uenit. Sciẽs enim deus diuitem malum, ſi pecuniis priuetur, fore peiorem, diuitiis potiri ſinit. Et pauperẽ bonũ, quod mentem eius opes ſubuerterent, intra paupertatis ſuæ limites reprimit, alios uero bonos etiã meliores, ſi bo-na de manu domini ſuſceperint futuros, fouet et pro-uehit, in quorum te numero non iniuria collocarim, quem ſemper bonum poſtq̃ uero partẽ eorum quæ mereris bonorum conſecutus es in meliorem euaſiſſe, compertum eſt. Laudes tuas uberiori oratione libens proſequerer, niſi præconia coram præclaris uiris emiſ-ſa aſſentationis ſpeciem præſeferre uiderẽtur, nequeo tamen affabilitatem tuam et humanitatem ſilẽtio præ-terire, hoc enim quanto rarius eſt tanto laudabilius cẽ-ſeri debet, nam pleroſq; uidere contingit, quibus in hu-mili fortuna nihil erat humanius, inde poſtq̃ fuerunt ad ſublimiora prouecti, elatos ita fieri, ut ueteres ami-cos non agnoſcant, et omnes, quos infra ſe collocatos uiderint atriori quodam ſupercilio nihilipẽdant. Tu uero ſecus, cui ſit illud Terentianum mẽte repoſtum, homo ſum nihil humani a me alienum puto. Quo

fit

fit ut propter ea quæ diuino nutu merito ſucceſſerũt tibi gratuler mihi gaudeam, neq; uerear, quin, Dominicum tuum quondam in ſtudiis litterarum ſocium, iam clientem ſuſcipias. Vale.

IVSTINIANO FANTINO LIBERALIVM ARTIVM DOCTORI DOMINICVS PLANORIVS BON.S.P.D.

f RANCISCVS tuus heſterna die quonã pacto ſe frater ſuus haberet interrogatus, cum reſpondiſſet euita migraſſe, percuſſit illico animum, Vox faucibus hæſit, nec lachrymis temperatum eſt, cum ueniret in mẽtem, quãto puerum fueris amore complexus, quanta indole futuræ uirtutis puer excelluerit, quantoq; tibi ſolatio laborũ extiterit, nõ potui nõ grauiter ſimul et moleſte ferre, et cõmunẽ eã ꝓ qua te cõplector obſeruãtia calamitatẽ exiſtimare. Quare fateor te adire debuiſſem ꝓ uirili parte cõſolaturus, niſi et turpe ſuẽ docere minerũ m et q̃d pariter aliorũ cõſolatione triſtis ĩdigebã, id uiſum fruſtra fuiſſet. Sed cum relatum fuerit, te dolore inteſtino mirũ in modum commoueri, hæc ſcribenda breuiter duxi, non quod te præterire putẽ, ſed quod ab his qui aliquo triſti caſu læduntur difficile perſpiciuntur. Primum omnium ſatis conſtat, eſſe lu

Lubrica humanæ uitæ con/ditio.

bricam et caducam humanæ uite conditionem, uideri des cogitatus noſtros ſtulta conſilia, uanitatis omnia plena, nihil in uita certi, nihil conſtantis, nihil diuturni, ſpes inanes, uota fruſtra, ſtare ſuam cuiq; diẽ, morte nihil certius, nihil incertius, ineuitabilem neceſſitatẽ noſtrã, ferreum et inexorabile pactum, quod nullis precibus, nullis præmiis, nulla ui, nec mutari nec flecti queat, quin immutemur, quin puluis et umbra ſerius aut citius ſedem properemus ad imam, ut nihil mirũ, nihil immaturum inter homines, hominẽ exuere ui/

mortẽ nõ eſſe malã.

deatur, nec mortem, quando nos deus morituros iuſſerit, et ea ſit hominis natura non pena in malis eſſe habendam, nemo eſt, mentis adeo inſanæ, qui hominum uoluptates mœroribus ſuperari nõ fateatur, et nihil in morte mali, cum malis omnibus morientes exuat, ſi nullus etiam ſenſus defunctis ineſſet, at ſi corruptibili depoſito incorruptionem induimus, ſicut nos et ratione et auctoritate maiorum ſuffulti nõ minus pie q̃ uere ſentimus, morte nihil felicius, nihil optatius, quo factum eſt non iniuria, ut probis ſanctiſq; uiris magnæ fuerit hæc uita moleſtiæ quod animo uerſarent, quot, et quanta quotidie accidant in uita mortalium triſtia miſerabilia ærumnoſa, quæ ſola

Inſtitutũ thraciæ.

morte effugiũtur. Vnde uetus illud Thracie inſtitutũ laudabile eſt, quo natales hominum flebiliter, funera

uero

uero cum hilaritate celebrabantur, remoueatur itaqꝫ longe cupido uitæ, quæ multa et facere et pati turpiter cogit, Innumeros recenſere poſſem, qui quanto citius tanto beatius obiiſſent, multas calamitates, multa quæ uidiſſe noluiſſent uiuendi ſpatio tuliſſe, quibus non obſcure patet, et diutius eſſe in uita q̃ periculoſum q̃ formidabile ſit, et obitum pueri tui quanto celerius exceſſit e uiuis tanto æquius eſſe ferendum, quod mali nihil nec noſſet nec admiſiſſet, quo dictum eſt a menandro, quem dii amant, moritur iuuenis, et cum hac lege ueniſſet ut exiret peropportunū fuit exire dum animus inſons nullis adhuc illecebris labefactatus eſt, dum nullis cupidinibus quæ nos in diuerſa trahunt oppreſſus eſt, deſine igitur querelarum, nec breuitas uitę cuius longitudo q̃ plurimos ad imū ita deiecit ut merito defunctis inuiderint, moleſta ſit. At non poſſumus non lugere non deſiderare quos genuimus, at uir ſapiens nec lugebit quod obtenere deſperet, ſicut enim fruſtra quod habuimus deſideramus, ita fruſtra quod amiſſum eſt lugemus, qd amiſſum dixi, cum nihil ſit nobis proprium. Nam quæcunqꝫ ſunt, deus et uſui dedit, et rurſus cum lubet aufert. Quid ergo tam moleſte tam inique ferimus alienum reddere, quæ iuſticia. Iuſtiniane nomen inde ſumptū mutuanti nō reſtituere exigēti depoſitū

depoſitū eſſe reddendum.

denegaret? reddimus.n.non damus,non perdimus,la-
chrymis ergo parcendum eſt gemitus compeſcendi,
ægritudo animi leniēda,ne parum quod ſupereſt uitæ
etiam nos amittamus,ne uiuētes nō uiuamus. His ab
ægro pariter et occupato properanter exſcriptis,melio-
ra,quæ ad aliorum conſolationem pro ſapientia tua
facile colligeres ad leniendam triſtitiam tuam , ſi qua
fortaſſe afficeris,adiicies,niſi uelis , qui bonus es , ma-
los imitari medicos, qui in alienis morbis medicinæ
ſcientiam profitentur,ipſi ſe curare non poſſunt. Vale
præſidium meum , memor haud quaq̃ ſicut Valerius
ait diuino numini inuidiā fieri debere.quod immor-
talitatē ſuam nobiſcum partiri noluerit. Iterum Vale.

DOMINICI PLANORII AD MA-GISTRATVS ORATIO.

C V M ſoleant laborare multi mortalium,
in deligendo genere uitæ, uos non mino-
ri pietate q̃ prudentia,uiuendi genus hone-
ſtiſſimum facile conſecutos,paucis oſtendā,
clariſſimi ſocietatis humanæ tutores . Nā duobus ꝓ-
poſitis uitæ generibus ciuili.ſ.et ſolitario,ſolent ple-
riq;,quos mala inſcitia ueri cæcos agitat , ſocietatem
deſerentes humanam, petere ſeceſſum,qui ſi percun-
ctere,quibus id agant cauſis,reſpōdebunt dubio pro-
cul, ut ſeſe moleſtiis exuant,et nullis noceāt.Quod in
publico

publico hominum commercio, iniurias, uel non pati, uel non inferre ſit q̄ difficillimum, et in crebris pro/cellis, quas uita cõmunis patitur, euitare naufragiū, et aliis id genus rationibus, quæ fœdā illorū declarant ignauiam, hunc inter homines uiuendi morem dant uitio. Sed faciunt næ intelligendo ut nihil intelligāt, Quorum ſcelus impium (impium appello, quod uſq; adeo ſuis delectentur ut aliena cõtemnāt) hinc argui/tur et exploditur, quod ſatis conſtat tum libris philo/ſophorum, tum quotidiano uſu uiuendi, hominem eſſe natura ſocialem, ita ut ſi cuipiam noſtrum, om/nia quæ ad uictum cultumq; pertinēt, munere dei ſup peditarentur, non omiſſis negotiis totum ſe in cogni tione collocaret, ſed ſolitudinē fugeret, et ſocium ſtu/dii ſui quæreret, tum docere, tum diſcere uellet, tum audire, tum dicere. Qui unq̄ mores, quæ opera, quæ ingenia præ illis quæ in commune conſuluerunt, lau/data fuere eorum qui ſe ab humano cœtu ſeiunxerūt? et quum omne quod honeſtum eſt quattuor oriatur ex partibus, ex perſpicientia ueri ex hominum ſocieta/te tuenda, ex animi excelſi magnitudinem, ex omniū quæ fiunt quæq; dicuntur temperantia ita quidem connexis, ut auelli nequeant, quo pacto, relictis mem/bris corpus honeſtatis formare poſſint, non intelligo. Nam quemadmodum apum examina non mellis ſti/pandi cauſa congregantur, ſed cum natura congrega/bilia ſint, mella ſtipant, fingunt fauos, feruet opus, ſic

Vita ſolita ria impro/ batur.

homines multoq̄, etiam magis natura congregati, semper agendi aliquid, ut congregatio ſeruetur, debent adhibere ſolertiam, et ſemper aliquid quod in rem communem ſit, in medium afferre. Quocirca ſocietatem fugientes humanam, ab natura hominum, et ab omni humanitate ſunt penitus alieni, quos iure αὐτεκάστους .i. ſuo quodā instituto uiuentes dixerimus.

Nā cū cætera, quæ multis admirabilia uident̄ pmulti ſint q̄ p nihilo pendāt, de amicitia, unde manāt duo maxima mortaliū uota uoluptas .ſ. et uſus, oēs ad unū idem ſentiūt, ſerpit .n. neſcio quo pacto p oīum uitā, unde profectū eſt, amicus magis neceſſarius q̄ ignis et aqua, et illud horatianū, nil ego cōtulerim iucōdo ſanus amico, et hoc bono noſtri deſertores et trāſfugæ exigui numero nec bello uiuida uirtus carere ſapiētius ſ. elegerūt. qd illoꝝ ignauiā, quæ ſatis pateſcit, aperiā? Qua labores, et moleſtias tum offenſionū, tum repulſarum, quaſi quandam ignominiam timent, ad uerſus quos illud Ennii dici poteſt, uos etenim iuuenes animum geritis muliebrem, quoſq̄ timor degeneres arguit, non enim fit ſine periculo facinus magnum et memorabile, neq̄ ad felicitatem, niſi per labores eſt iter, unde inquit ſapientiſſimus uates, per uarios caſus per tot diſcrimina rerum tendimus in latium, ſedes ubi fata quietas oſtendunt. præterea ſi qui uellent ocioſos non improbare, quod a rebus publicis abſint, cognitionis et ſcientiæ ſtudio delectati, aduerſus illos

Cicero. ſurgeret, et Ciceronis, et ſtoicorum ſententia, cognitionis et ſcientiæ ſtudio a rebus agendis abduci, contra

officium eſſe propterea quod, uirtutis laus omnis in actione conſiſtat. Quis uir bonus in perſpicienda rerum natura tam erit occupatus, ut, quamuis etiam ſperet omneis dinumerare ſtellas, non omnia illa relinquat et abiciat, ſi periculum diſcrimenq́ patriæ ſubito ſit allatum? uerum enimuero tempus poſtulare uidetur, ut, quod ab aduerſariis ſecundo loco dicebatur, et uanum et iniquum demoſtrem, aiebant enim ſeſe a publicis auertere negotiis ne ulli inferrent iniuriam. Sed dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt, et fruſtra uitium uitaueris unum, ſi te alio prauum detorſeris, ſunt illi non mediocriter obiurgandi, quod neſciant eſſe duo iniuſtitiæ genera, alterum eorum qui inferunt iniuriam, alterum eorum qui non prohibẽt, nam qui iniuſte impetum faciunt in quempiam, aut ira, aut aliqua alia perturbatione uexati faciunt, aut læſi, aut timentes ne lædantur, quare leuiora ſunt eorum crimina. Qui uero non defendunt, nec propulſant, ſi poſſunt, iniuriam, tam ſunt in uitio, Quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam defererent, et errore minori deuitato, in peiorem delabuntur, cum deſerãt, quos tueri debent. Ex quo ſatis conſtat, uos per ſemitas uitæ melioris incedere, quibus non eſt oneri, ſed honori, agere negotium publicum, quod Plinius uocat pulcherrimã philoſophiæ partẽ, q̃ nõ moleſtũ, ſed iocũdũ duxiſtis, tot agmina curarũ inuicto animo proſternere, id omnes quidem, ſed imprimis Galeatus Caſtellus non tam ſtemmatum q̃ literarum fulgore

Secũdi in aduerſarios reſpõſio.

Plinius.

cōſpicuus, et animi fortitudine tum cæteris in rebus tum in his potiſſimum, quæ ad reipu. ſalutem perti/nent apprime munitus. Quibus immortale decus pa/ratur, quod intuenda humani generis ſocietate, me/mores non uobis ſolū ſed aliis ēt eſſe natos puigilatis.

EIVSDEM DOMINICI PLANO/RII BONONIENSIS AD MA GISTRATVS ORATIO

I qui ſunt, qui recta incedentes uia cæteris
ſ præſtare ſtudeāt, in his, uos q̄ negotiū publi
cū agitis, nomē ueſtrū profitemini, Reuerē
diſſime Antiſtes, uoſq; Magiſtratus Ampliſſimi, nā cū oīs noſtra uis in aīo et corpore ſita ſit, corpuſq; cū belluis, animū autem cū deis cōmunem habeamus, rectius cenſuiſtis, animi potius q̄ corporis exercitatio/ne teneri. unde mihi materies oblata eſt diſſerēdi, me/lius eſſe domi, q̄ foris, clarum fieri, quod cum abſo/luero, pauca deinceps quædam de magiſtratibus at/tingam, uos autem interea animum aduertite. Iam tum apud priſcos fuit in ambiguo, utrum ne melius animi q̄ corporis uiribus res magnæ gererent, et ob id alii corpus, alii ingenium exercebant, Cum etiam tum uita homi nū ſine cupiditate ageret, et ſua cuiq; ſatis placeret, tuta omnia ſilerent. Poſtea uero q̄ Cyrus in Aſia Lacedemonii et Athenienſes in græcia, cæperunt

ſubigere

ſubigere nationes, tum demum negotiis compertum eſt, animum excellere, cuius uigore ſi cuncta fierent, a moto ferro, res huamanæ melius ſe haberent, nec tot rapinæ nec tot icẽdia flagrarẽt, ſi cæderẽt arma togæ. Quo fit, ut, ſi uelimus impranſi diſcutere uerum res urbanæ meliores et honeſtiores exiſtẽt q̃ bellicæ. Temiſtocles clarus uirtute bellica laudatur apud atheniẽſes, quod in freto Salaminio, paruo numero nauium, maximam perſarum claſſem deuicerit. Laudaẗ et Solon multoq̧ etiam magis domeſtica diſciplina prædi tus, qui apud eoſdem Athenienſes Quadringẽtorum uirorum ſenatum conſtituit. Quos uocant Areopagitas. Temiſtocles nũquam adiuuit Senatum, ſed Senatus Temiſtoclem. Cuius ille conſilio Bellum geſſit in perſas. Lacedemonii duobus ſe iactant imperatori bus Pauſania et Liſandro, illorum tamen laudes, Lygurci laudibus cædunt, q legibus ſuis et inſtitutis Lacedemoniorum rempu. formauit, inſtituit, auxit, et ſeruauit. nec Romanos inuoluã ſilentio, apud quos rei pu. cura, plus habuit auctoritatis quam audatia Belli. neq̧ enim. M. Scaurus. neq̧. Q. Catulus, ciuilibus inſtitutis præpolentes. C. Mario et Gneo Põpeio Martialibus Viris, unq̃ cædere uiſi ſunt. Quid, de Cicerone loquar? Cui, quod muneribus ſenatoriis optime fungeretur, nullum Roma inuenit parem ex his q bello ualuere, cui unq̃ patris patriæ cognomen inditũ eſt? at Marcus Tullius, qđ urbano conſilio, rempub.

Res urbanæ melioresq̃ bellicæ.

Togáti ui ri præpo/ nuntur militaribꝫ.

ex manibus ſceleratorũ erripuerit, pater patriæ uoci/ tatus eſt. huc adde, Luciũ Scillã, Mariũ, Pompeium, Cæſarem, non minus pernitioſos, q̃ utiles patriæ fuiſ/ ſe. Inferũt.n. plerũq; bella uel libidine dominãdi, uel cupiditate gloriæ, uel auri ſacra fame. Eſtq; immane quiddam, et commune belluarum, et neſcio an re/ ctius ultra belluas dixerĩ, cũ leonũ feritas ĩter ſe nõ di/ micet nec ſerpẽtũ morſus petat ſerpẽtes, manu cũ ho ſte cõfligere, unde ſtupra, rapinæ, direptiones, et incen dia. ſolẽtq; potiti rerum, laxas uoluptati remittere ha benas, et nullam honeſtatis rationẽ habentes, per om ne nefas ruere, quippe ſecundæ res etiam ſapientum animos fatigant, ne dũ corruptis moribus homines ui ctoriæ tẽperẽt. At togati ſecus faciũt, quibus, cum ſint duo genera decertandi, alterum per uim communẽ cum belluis, alterum per diſceptationem proprium hominis, per diſeptationem potius iura tueri libet. Quod omnia prius conſilio experiri q̃ armis ſapien/ tem decet, nec uulnus, niſi prius aliis remediis pericu/ lum feceris, enſe recidendum eſt, rebus igitur bellicis urbanæ et uiris militaribus togati præponi debent, qđ ipſi nihil humani alienum a ſe, putantes uerſentur, et in repellenda, ne cui inferatur iniuria, et in tuenda hu mani generis communitate, Quibus de cauſis cõditæ ſunt urbes, conſtitutæ res publicæ, creati magiſtratus, Quos a magiſtrando.i. moderando uocant. de qui/

bus

bus ego carptim pauca dicturus a regibus ordiar, cum id nomen imperii prius in terris fuerit. Nam initio, cũ inops multitudo, ab his qui maiores habebant opes, inciperet opprimi ad unum aliquem uirtute præſtã-tem cõfugiebãt. Qui cum prohiberet iniuriam ſummos cum infimis pari iure retinebat, regem uocabãt. poſt reges, delecti ſunt quibus ingenium erat ſapientia ualidum ut reipu. conſultarent, hi patres appellati ſunt, uel ætate, uel ſimilitudine curæ. Creabant et duo conſules imperia annua, qui, ſibi ſumma rerum cõmiſſa, prouiderent ne quid detrimenti respub. pateretur, ab his, in rebus arduis dictator dicebatur, cuius dicto omnes eſſent audientes. et cum propter neceſſitatem bellorum ſæpe conſules auocarentur ab urbe, ne deeſſent qui iura populis redderent, prætores legebantur urbanus ſcilicet qui Romanis, peregrinus qui aduenis iura diceret. cenſoribus fuit et ſuus honos in ordinem magiſtratuum adſcriptis, ut diſciplinæ moribusq; corrigendis præeſſent, cenſum agerent, et ſenatores, ſi quoſpiam putaſſent indignos, ſenatu ammouerent. erãt et ædiles, a qbus ædes ſacræ, priuatæq; ꝓcurarent qbuſq; foret curæ, ne uitioſum ꝓ ſincero, fractũ ꝓ integro uẽderetur. Quæſtores omitto, q publicas pecunias et maleficia conquirebant, nec non et quæſtionum iudicia exercebant. Iam ſacroſancta tribunorũ plebis dignitas ab his me auocat, qui pro ſalute ple-

Quando rex appellarii cœpit.

Qui magiſtratus apud ueteres fuerit.

bis electi quam debeant excubare, et munia reipubli-
cæ ſaluberrima, capeſſere, declarant inſtituta maiorum
nam tribunisplebis nullum diem integrum ab urbe
Roma licebat abeſſe, ut eſſent præſto, ſi cuiq̃ foret
opus eorum opera, tribunorum fores diu noctuq; pa
tebant tanquam portus laborantium. ueſtræ igitur
ſunt partes, ueſtrum eſt munus tribuni plebis, qui
magiſtratus eſtis ſacroſancti, rebus moderan-
dis incumbere, publica commoda fouere,
de quibus tantũ ſpei conceptũ eſt, ut uo
bis iura dicẽtibus, ſub Reuerẽdiſſimo
ſapiẽtiſſimoq; Antiſtite, optimoq;
Dictatore, ſplendido Equite
Brunino Blanco ſperẽt
oẽs ſe fore illeſos.

DE EXPECTATO REDITV REVERENDISSIMI DOMINI EPISCOPI POLLENSIS DOMINI ALTOBELLI AVEROLDI, DOMINICI PLANORII BON. SILVVLA.

Hœbe quid oſtētas, quid et hæc tã clara repente
p Affert tempeſtas ſolitoq; micantior æther?
Cur ſuenus affulgens, noſtris et Iuppiter oris
Propoſitum dimittit iter: cur ſedibus aptis
Te uidet adſtantem tam læto cynthia uultu?
Cur hoc falciferi, cur hoc ſpondentia martis
Nec quidq̄ placidum de cœlo ſidera uultus — Mala ſidera auerterunt ſeſe.
Auertere ſuos: cur hoc nimboſus Orion,
Hædorum nec ſæuit hyems: arcturus in imum
Occuluit cur Phœbe caput, ſinuoſus et anguis?
Cur Zephyri ſpirant ut non remorentur acuto
Flumina preſſa gelu, nec ſiluis brachia curuet
Horrifer afflatus, nec quiſq̄ ſentiat ictus
Frigoris horriſonos, late ſed cuncta tepeſcant.
Iunguntur cur gripes equis: ad flumina dammæ
Cum canibus læti ueniunt? impune uagantur
Hic pecudes, lupus et tutum proſpectat ouile
Dentibus innocuis, docta ſpatiatur in urbe
Intemerata fides, æquis comitata ſorore
Paſſibus, iniuſtos rubro quæ accincta flagello
Territat, et multis cur iam ceu lumine læſo
Oſtendis te Phœbe locis: ut lætifer anno

Sirius exurat toto, miſerandaq; membris
Ad ſerpens hominum demittat corpora ſæuo
Dira lues orcho, genus heu lachrymabile mortis
Quo langueſcentem ſpumanti cautius angue
Filius horreſcat patrem, pietaſq; relinquat
Tabentes quo uicta ſuos, nec funere tanto
Vſq̃ tuta fides. nos uero Phœbe tueris
Hactenus immunes, et dira labe receptos,
Munera, fare, quibus meritis hæc talia præſtes
Cui cœli tractum purges, cui luce ſerenet
Tam defæcata, noſtris allabitur oris
Quis deus? aut deus eſt, aut certe numinis inſtar.
En latro, ſiccarius, en fur, en et adulter,
Sacrilegus ſuetiq; alii contemnere diuos
Lumine uenturæ lucis propiore fugati
Migrant, ſed tacitum, quibus eſt mens obuia nullis
Et ſuffecta malis, pertentant gaudia pectus.

Phœbus reſpondet deum elegiſſe Altobellũ Aueroldum.

Phœbus ad hæc, genitor ſummus mortalia regnis
Qui regit, et certo conſiſtere limite mundum
Fatorum ſtatuit uenturaq; tempora rebus,
Ante meos currus uariataq; cornua Phœbes
Legit Aueroldum præſtanti pectore, cunctos
Qui ſuperemineat patres, quos infula texit,
Iuſtitiaq; dedit gentes retinere ſuperbas

Bononiã a Ioue diligi.

Atq; alias urbem recto pacare docentem
Quam pater omnipotẽs terris magis omnibus unam
Diligit et nullo uult ab rectore regatur
Sit niſi conſultus iuris, meritiſq; timendus,

Et pietate

Et pietate grauis, decoret quem rite loquendi
Copia facundum, qua incerti pectora uulgi
Mulceat, ab recto cum flectit limite greſſum
Quare pontificem claro de ſtemmate natum
Mittit Aueroldo, pulchra et uirtute nitentem
Emendare ſcelus paciſq; reducere mores,
Semina ſi qua mali, et placidam lædentia pacem
Emerſere, bonus poſtq̄ diſceſſit ab oris
Præſul Felſineis, et multos abfuit, annos.
Huic igitur nunc uos repetenti clara repente
Illuxit tempeſtas, huic ſeruare ſalubrem
Aera conſiliums, fuit, huic et ſidera curſus
Auertere ſuos aliquid ſpondentia diri.
Felſina læta ſuos ergo iam ſumat amictus
Arte laboratos ſignis auroq; rigentes
Et quos ardentes tyrio ſpectare liquore
Pulchrum et dulce fuit, lætis et paſſibus ire
Obuia feſtinet, reduci det curua ſalutem
Et longo excipiat plauſu, clamoribus æther
Inſonet, et feſtis uelentur templa deorum
Frondibus, et pueri ſimul innuptæq; puellæ
Cantantes pœana deis lætentur, et illi
Poplite dicantur reuerenter talia flexo.
Exoptate uenis, tandem cupientibus ætas
Attulit auxilium, poterunt requieſcere tuti
Inſontes, urbem tanto rectore tuente.
Optimus hinc aberas, omnes te ſummus ab imo
Perpetuis ſuperum poſcebant numina uotis

Cur uene-
rit ſereni-
tas et mala
ſidera fuge
rint.

Virtuti auxilium ſupereſt, ut longa ſibyllæ
Sæcula, uel pylios uideas feliciot annos
Contentuſq; diu noſtris conſidere in oris,
Numen eris nobis, humiles tua iuſſa ſequemur.

AD MAGNIFICVM ET ILLVSTREM Comitem Alexandrum Pepolū Bononiæ Dictatorem digniſſimū Dominici Planorii Bon. Siluulæ.

Mirabar quod turba frequens properante tumultu
Fides et iuſtitia apparuerunt. Quodq; uiri ruerent, rapido cum cauſa uidendi
Me quoq; proripuit greſſu (nanq; inſita cunctis
Mens noua noſcendi eſt) geminas ſpectando ſorores
Expleri nequeunt oculos, gaudentq; tuendo
Qui circunſteterant, quæ uos? Quibus itis ab oris?
Quoue tenetis iter? noſtraſq; inopinus ad oras
Quid petit acceſſus? ſpectantum quærere nulli
Eſt animus, taciti ſed tantum numen adorant.
Non uultus mortalis erat, ſed plurima cœli
Indicia extabant, ueræ tua tecta petentes
Inceſſu patuere deæ, ſed numina paucis
deſcriptio fidei Hæc ſunt nota uiris raras luſtrantia terras,
Altera cana fuit uultu, et candore niuali
Artus compta ſuos, aduerſis docta fideles
Explorare uiros, arcani parca, ſeniles
Inter læta choros, pacis fidiſſima cuſtos
In multis quæſita malis fruſtra, altera toruis
Sancta-

Sancta ſuperciliis gradiens ſupereminet omnes Deſcriptio
Virginis os habitumq; gerens, et murice ueſtes iuſtitiæ.
Vndantes tyrio, uultus perfuſa rubore
Triſtitiaq; graui, tribuens quod quiſq; meretur
Et ueneratá deis. uidi, tua tecta petebant
Compoſito, diuas et tot comitantur euntes
Certatim propius quot nullus credere poſſet
Sub noſtro uixiſſe polo, properantes honeſtum
Ventum erat ad limen, feſta quod fronde uirebat
Atq; colore nitens uario defixa tenebat
Lumina ſpectantum, conuexi ianua cœli
Viſa deis, ſaxo radiat quæ ſtructa uetuſto.
Nec minus oblectant oculos quæ mille minantur
In cœlum pinnæ ueterum monumenta parentum!
Atria complentur læto regalia cætu.
Et quæ plura tenent decus oſtendentia gentis
Pepuleæ, et ualidas longe monſtrantia uires,
Quæ cupido diuæ uiſu dum ſingula luſtrant
Obuius accedis, clauo quem ſerica lato
Conſpicuum reddunt, quem maieſtate decorum
Reddiderat natura magis, te fronte ſerena
Conſpexere deæ et caſtis amplexibus hærent
Oſcula libantes, iterum gratantur alumno
Ob decus allatum, quod magno accedat honori
Maior honos, et tecum auditu digna ferentes
Colloquia, incipiunt magna comitante caterua
Ire forum uerſus, primas ducentibus illis
Primus adis ſedes, iam te cupientibus iſto

Omnibus eſſe loco, meritis æterna merentem.
Martia turba preit, reſonat cui plurima buxus
Plurima tergà boum motas audita per auras
Et ſublata manu gaudenti pila coruſcant.
Pone ſubit cætus lictorum, claua metallo
Quem decorat fuluo radians, mixtuſq; uiator.
Cornua tum flexi æris, tum caua buccina late
Tortilis in latum ſpirat, ſonituſq; tubarum
Permixtus lituo, plebi modulamine curas
Lenibat dulci, officio te rite colenti.
Iam dictatorem qui te comitantur ouantes
Conſulibus rapior feſſus, ſi copia fandi
Suppeteret, canerem dignos maiore camœna,
Vos primum ueneror proauis uirtute pareſq;
Nomine, te genuit celebrem gens priſca per omne
Ludoui- Gozadina domus latium, petit hoſtia cuius
cus Goza- Miſſus ad hoc cœlum extremo conſultor ab orbe.
dinus iuris At te patre ſatum memini ſectante liquores
conſultus Bellerophonteos, cuius res noſtra uigebat
Publica conſiliis, non deteriora ſecutum
Ludoui- Roſcie, cui uires tribuerunt rite loquendi
cus Roſci- Pierides, noſtra quærentes urbe nec ullum
Inuenere parem, et tam reſpondere paratum.
Nec minus et reliquis eſſent in carmine ſedes
Sed morum probitas et ſanguine ſtemmata longo
Laudē magis decorant noſtra, ſpectare ſenatum,
Innumeros equites, plebem, populumq; ſequentem
A tergo, pulchrum eſt, taceat iam Roma triumphos
Vrbis

Vrbs antiqua ſuos, æui ſolemnia priſci
Cædant, iam redeant noſtris ſaturnia ſæclis
Tempora, fugerunt raptus fraudeſq; doliq;
In precio eſt uirtus, ſperantur digna labore
Præmia uirtutis, iuſto uexilla tenente
Iuſtitiæ, qui cum pellæi nomine regis
Quæq; refers pulchra, et longos manſurus in annos
Quod, niſi cana fides aſtræaq; rebus agendis
Annuerint, refugis quidq̃ decernere rerum

Ad Vergilium Portum Medicum et Poetam Dominici Planorii Bonon. Epigramma

Si colitur pingui iuuenis Phœbeius ara
Vnum qui ſuperis reddidit Hippolytum
Qui redimit ſtigii plures ab nocte barathri
Cur minus huic cœli conſtituendus honos?
Teſtis ego huc ſuperas totiens reuocatus ad auras
Dum uitæ caderent irrita uota meæ,
Territus urgebar contingere regna ſilentum
Et phlegetontæa tingere corpus aqua,
Manibus at portus, dite indignante, redemit
Pæonia et tuto collocat arte loco,
Biſſenos cui thure dies ſunt uota ſabæo
Munere pro tanto perſoluenda mihi.
Quin etiam medicina nitet, quæ ſqualida cultu
Romuleæq; prius neſcia uocis erat,

Incipit hæc tandem pedibus prodire latinis
Et bene squalentes ponere culta sinus,
Omnia quæ porto debent accepta referri
Naſcitur unde aliquid non minus iliade.

Eiuſdem. D. de Ioanne Spatario Muſico Franchini
errores corrigente Epigramma.

Franchinus pelagi quod uos demerſerit undis
Pene rudis ſecum parcite blanda cohors,
Res bene ſucceſſit quod cum bacchantibus auſtris
Inſcius in ſcopulos turgida uela daret.
Affuit auxilio Spatarius, et pius inquit
Cur alios tecum perdere amice paras?
Accingit ſe operi nauemq; ad littora torquet.
Et laceram tuto collocat ipſe ſinu,
Quare Franchinus monitus dare uela per altum
Deſinat, ignota cedat ab arte procul
Nec de ſe meritum allatret ne rurſus in undas
Nullo ſcylæas auxiliante cadat.

Ioanni Andreæ Gariſendo a ſecretis ſena
tus Bonon. D.P.B.

Cui dederat Brutus (reſpondit Pithya uates
Poſtq̄ Tarquinis) oſcula ficta uafer
Ioannem fertur magnis ſolemnibus illa
Excepiſſe datum uertice ſidereo,
Quæ

Quæ concepta prius pro tali cœpit alumno
Large munificis ſoluere uota deis,
Macte tuis animi nunq̃ uirtutibus aſtra
Ceſſabunt, dabitur cum probitate decus,
Summis nanq; uiris euades charus et imis
Atq; redibis ait ſerius unde uenis.
Numinibusq; nouem ſtudioſe mandat alendum
Indole miratis hunc referente uirum,
Vtile prodigium caſtæ uidere ſorores
Hunc dum pierii uertice montis alunt,
Melliferum properans dulcem congeſſit in ora
Examen (probat hoc copia culta) thimum,
Quare ſuſpicitur magni faciente ſenatu,
Teſtem et conſiliis conſtituente ſuis,
Quid ſua q̃ doctos teneat pimplea canamus
Indoctos etiam ſæpe morata uiros,
Sit fœlix ergo de cuius fonte perenni
Multiplici et fluxu limpida manat aqua.
Solus ſi fuero domibus tellure negata
Nullaq; deſertis quos iuuat aura locis,
Terrarum et profugus ſiquas nebulæq; maluſq;
Iuppiter inceſſit cogat adire latus:
Illum ſed tenui forſan uenerabor auena
Muſas qui triſtes non ſinit eſſe meas

Eiuſdem de Iacobo Crucio Poeta Bononienſi ruri ſe continente Elegia.

Dic mihi cur properas, repetis cur urbe relicta
Tam citus agreſtes dic Meliboe domos?

Melib. Egregius uates nunc exultantia rura
Reddidit audito carmine noſtra ſuo,
Quis nam hic eſt? ad quem Crucio de nomine dictũ
Fama eſt Daphnæos ſurgere rite uiros,
Hic etenim quotiens noſtris elucet in agris
Illos feſta dies et genialis habet,
Hunc Satyri et Dryades properant et Naiades una
Viſere, nympharum et cætera turba ſimul,
Muſarumq; chori, cytharaq; decorus Apollo,
Et cęleri properat culta Minerua pede,
Et comitata choro, cœtus aſſueta uiriles
Spernere, fit propior Delia prima uiro,
Huncq; ſalutatum ueniunt Cyllenius ales
Hunc cytharæa Venus lætitiæq; dator,
Quem poſtq̃ cedro audiuerunt digna loquentem
Certatim manibus ſuſtinuere ſuis,
Et gratata diu ſunt uero numina uati,
Et lauro compſit Calliopea caput,
Quid referam, quæ nam carpantur gaudia nobis
Dum uati cantus dat Philomela ſuos,
Dulceq; dum Progne, rauca nec uoce palumbes,
Murmure dum leni florea rura ſonant,
Inficit et coluber nuſq̃ maculoſus in herba
Nec ſtabulis inhiant ore fremente lupi.
Quid moror? unanimes tunc maieſtate diſerti
Vatis perſpecta conſtituere dei

Vna

Vna lanificas tres exorare ſorores
  Illius ut lento pollice fila trahant.

Eiuſdem Dominici Planorii ad Iulium Bocchium Epigramma.

Clara licet iuſtis tibi multum Felſina cauſis
  Debeat o uitæ Bocchie norma piæ,
Sed magis hoc debet doctum quod gignis Achillem
  Muſarum, ingenii fertilitate decus
Hyppocrates pulſu uariato ferre medelam
  Vulneribus uero nouit Athenagoras,
Marmore laudatur Callon, Lyſippus at ære,
  Prothogenes tabulis Parrhaſiuſq; ſuis,
Vt Titus annales niueo dum codice texit
  Sic placet arguto pectine battiades,
Non uni dare cuncta deos, non demere mos eſt,
  Hic melior lingua eſt, fortior ille manu,
Filius at numeris decurras, ſiue ſolutis
  Verſibus, eloquio terſus utroq; placet
Hinc illuſtris eques, uiridanti et tempora lauru
  Cingitur haud noſtri gloria parua ſoli
Hinc teneri uenient dum flores uere tepenti
  Pomaq; in autumno dum fugiente cadent,
Ille recantata uirtutum laude uirebit
  Illius extabit tempore maior honos.

Eiuſdem de dictatura Magnifici et Illuſtris Equitis D. Agamemnonis de Graſſis Epigramma.

Cum mea prætenui requieſcent membra ſopore
Almus et eoo ſurgeret orbe dies
Inſcius obſtupui quod raro cognita uiſu
Enſiferæ gaudens uenit imago deæ
O quam te memorem uirgo dixi. O dea certe
Quid repetis noſtras æthere lapſa domos?
Iuſtitiam an ueneret quæ infectis crimine terris
Nunc uitam tuta degis in arce Iouis?
Illa ego ſum fugiens terras quæ cæde madentes
Exegi ſuperis ſæcula mixta deis
Ad uos iam redeo dictaturam induit ut uir
Integer et uera nobilitate potens.
Qui dum Felſineis æquans grauitate Catonem
Et noſtro afflatus numine iura dabit
Ipſa colam ueſtras celebrati nominis arces
Litigeri integro iudice læta fori.

Eiuſdē ad Eliſeū Canonicū tunc a ſecretis Reuerēd. Prolegati Domini Bernardi Rubei Epiſtola.

Vt macer accepi uolucres tua munera pingues
Eſt quibus in cænis gloria prima ducum
Verſans mente datum ſenſi penetrare medullas
Lætitiam ingentem triſtitiamq; meas.

Lætus eram, quod me, tu q̃ digniſſime, dignum,
Muneris et quidq̃ promeruiſſe putes.
Triſtis eram, meritis, animus quod ſoluere grates
Dum ſtudet acceptis, non uidet unde queat.
Largiar an tripodas? ſpirantia largiar æra
Quis careo, priſcis præmia grata uiris?
Nec mihi Parrhaſius uiuos ex arte colores
Liquit, quæ donem marmora nulla ſcopas.
Nec glebas, ſegetes, nec uites ferre racemos
Conceſſere meas, liber et alma ceres.
Commoda nulla ferunt diſtentæ lacte capellæ
Congerit et nullas uellere paſtor opes
Quid ſi hæc affluerent? nam parui talia pendis,
Quæ bona præ cunctis mobile uulgus, habet
Quare ego non aliud ualidus præbere, parabam
Carmina conſpicuos ſueta iuuare uiros,
Sed quia nec pluteum cædunt hæc noſtra nec unguẽ
Demorſum ſapiunt, mittere turpe fuit.
Planius at poſtq̃ ſum certior undiq; factus
Quod ſedet amplexu quiſq; poeta tuo.
Et, quamuis ſubeas tantarum pondera rerum
Quod tua Pegaſides lumina feſſa leuant,
Hos tibi uerſiculos tenuis mea luſit auena
Ductibus heu bilem forte datura ſuis

Eiuſdem de quodam Sabadino Belli arctoi ſcriptore
in domo Vrſorum Aſclepiadeum·

Tali noſtra dapum tempore fiſtula
Luſu perſtrepuit talia carminis
Cantat meonii barbitos alite
Contactis fidibus pectine de tuo,
Mortali dederis glaucus ut aurea
Titidæ petimus fundere limpido
Ex riuo ut properes pocula nectaris,
Nam quos tu recinis migdonias opes
Mutaret numeris non domus urſea,
Haud paruum clariis præſidiũ choris.
Arctoas acies legimus inuicem
Magnis ingenii uiribus æditas,
Non te credidimus ſcribere ſed geri
Rem priſcis etiam uatibus arduam.

Eiuſdem Dominici Planorii de Philippo
Phaſianino Saphycum.

Cur ſonant montis fidibus uireta
Cur humum o Clio quatitis decenter
Cur magis lauri ſolito uirentes.
Tempora lambunt?
Cui choros et cui trahitis choreas?
Cui manus et plectra mouent decoræ?
Cuius aut uatis recinit ſonora
Tibia nomen?

Cauſa

Cauſa quæ cantus reſonante neruo
Sit, pedum et motus genialis, et quem
Tollat immenſis meritis uerendum
Fiſtula, quæris.
Nos diem ſcito celebraſſe lætum
Quo caput ſeptum eſt hedera Philippi
Cuius excellens citharæ uoluptas
Mulceat omnes,
Laurea nam comptus Apollinari
Sic Chelim noſtram moderatur ipſe
Doctus ut cunctis placeat canoros
Inter olores.
Quid feram, quanta ratione ſenſus
Publice auctorum retegantur illi
Rite ſemper diſcipulos docenti
Vera ſecutos?

Eiuſdem De Lucretio per Ioãnem Baptiſtam Pium nitori ſuo reſtituto Endecaſyllabum.

Sublimi nitor eſſet unde uati
Mirabar nouus, et ſimul uidebam
Qui torſere diu uiros beati
Suffuſos laticem per ora fontis
Senſus ingenio pii recluſos,
Cuius tempora ueſtiunt corollæ
Contextæ uiridi, ſacraq; lauru
Mirabar tamen, et licere dicta

Rebat talia numini noueno
Venit Calliope ſequente cætu
Me rerum increpitans, rudem, imperitum,
Narrans Pythagoræet ualere mentem,
Tali o prole puerperæ beatæ,
Talem quæ genuit Pium et Poetam
Nobis egregium decus ſorores
Nunquid matre minor uiget Maronis?

Eiuſdem ad Ludouicum Roſciū cū Alexandri Vrſei commertio uteretur ode tricolos Tetraſtrophos

Magni ducis qui cepit et inclitum
Nomen, neq; ab re, et cuius ab ædibus
Atris minax, albis ſerenus
Omne nefas procul arcet Vrſus,
Vir ille geſtit, cor tepidum ſalit
Iure, atq; aperta lætitia calet
Commertio gaudens tui, quod
Gurgite Gorgoneo bibiſti,
Fragras bonorum dum ſibi diuite
Cornu, remotis gadibus addere
Seres reuinctos ad cathenas
Negligit uſq; ſatis beatus
Mirum eſt nec ulli, lumine nam prius
Cædet ſorori Delius, et celer
Curſu, Iouis patri maligno
Cuncta uorante nepos Atlantis,
Quam

Quam ceſſet altas mercurialium
Mentes uirorum, luminis eſt ubi
Motus ſecundi iam futuras,
Aurea conſociare uirtus.
Muſis amicos alliciunt, caput
Lauro reuincti, uiribus ut ſuis
Magnes trahit ferrum, ad iuuantem
Vertitur ut clytie ima ſolem.
Quis non amet te, ſuſtulit optimus
Pater, diſertus, nobilis, et decus
Noſtri ſenatus lege compti,
Dotibus hiſdem animi decorum.

Eiuſdem Dominici Diſtica
Vgoni Pepolo Comiti

Huic maiora uiro dederit quis munera certant
Mauors intentum pallas et ante Iouem.

Malchioni Manzolo Comiti et Senatori

Regia Malchioni hæc paret, paretq; Mineruæ.
Illius ingenio et numine diues opus.

Virgilio Poetæ Equiti et Senatori.

Dicere Virgilius iugi quod laude uirebis
Deinde Poeta etiam, quod bene cuncta facis

Pyrrho Maluicio Senatori.

Aequat Achilleiden proprio qui nomine Pyrrhus,
Gentili, a uictis dicitur ipſe malis.

Chriſtophoro Angellelo equiti et ſenatori

Multa tuos eques illuſtrant digniſſime rerum
Sed magis hos pietas relligioq; lares

Auguſtino Marſilio equiti et ſenatori

Auguſtine ſacrum nomen tibi uenit ab alto
Ter bonus es ciuis deinde ſenator eques.

Ludouico Gozadino ſenatori.

Vt conuexa poli Phœbea lampade lucent
Sic patria antiquo ſtemmate noſtra tuo

Gaſpari ab Armis Senatori.

Arma tibi nomen quod uirtus protegit Armis
Virtutem atq; tuas excubat ante fores.

Ludouico Carboni equiti et ſenatori

Sunt aliis alii rebus tu natus amicis
Pauperibus patriæ ſplendide Carbo tuæ.

Iacobo Mario Lino ſenatori.

Nomina non ab re niuei ſunt indita lini
Quandoquidē eloquium et candida uita tua eſt.

Gaſpari Elephantutio.

Siquis in Aonia muſas habitare putarit
fallitur ingreſſus limina bacre tua

Pompeio Foſcarario.

Te ſibi nobilitas probitas Tritonia poſcit
Sed uult communem iuppiter eſſe tribus.

Sebaſtiano Scarpo.

Quid Scarpus uere cuſtos uirtutis et umbræ
Secutus cui plus q̄ foris intus ineſt.

Ad lectorem

Ad lectorem.

HAEC ſunt optime lector quæ iamdudum quocunq; modo mandata literis nunc uero ſcriniolorum noſtrorum angulos excutiendo reperta in lucem prodire permiſimus ſpemq; metumq; interdubii, propterea quod ad lucernam(ut aiunt)cleanteam non fuerint euigilata, emiſimus tamen ut et amicis efflagitantibus quos uereor ne ſui cũ legerint pœniteat uoti ſatiſfaceremus, et ſemel periculum facientes iudicia in nos hominum experiremur. Quare te oratum uelim ut ſi quid uſq̃ fuerit erratum nos uenia dignos exiſtimes, quod natura comparatũ eſt ut aliena melius homines uideant et iudicẽt q̃ ſua. Ad hæc non mediocri ſum affectus moleſtia, quod, cũ non modo ſenatorum et de me benemeritorum, uerum etiam et quorundam ciuium qui magno patriæ ſunt ornamento laudes oratione mea ſi non phalerata ſaltem ſincera complecti ſtatuiſſem, et quandam quaſi anthropologiam texere pro uiribus conſilium fuiſſet, celeritas impreſſoris id me in aliud differe tempus coegit, neq; id eo ordiebar animo, ut ex celebratione mea cuiq̃ bonorum uirorum ullas uel honoris uel dignitatis acceſſiones fieri putarem, ſed ut quid mihi eſſet animi apud uiros laude dignos teſtatũ relinquerem. Vale et hoc qualecunq; eſt boni conſule.

ERRATA.

In Titulo Operis impreſſum eſt rotris pro roſtris. et quarto uerſu habere pro haberet. A.ii. linea.xviii. impellebat pro impellebar. et retro admuſſim ꝓ adamuſſim. A.iui. retro lin. vi. capeſcendã pro capeſſendam. anſerã pro anſerẽ. et lin. viii. poſt dictionẽ athenis reſtitue excelluerũt. et col.iii. lin.xvii. compreſiſtis pro cõpreſſiſtis. B.ii. li.xx. nſcitia pro inſcitia. B.iiii. odortus pro adortus. B.iiii. col.ii. lin.ii. anq; ꝓ nanq;. col. vi. lin. ultima popilaris pro popularis. C.iii. lin.iii. heſittabundus pro hæſitabũdus. lin.xviii. genuis pro genus. lin.xxiiii. abſcurũ pro obſcurũ. C.iiii. col.iiii. lin. viii. fillis pro filiis. et col.viii. lin.x. relatũ pro relatu. D. lin.iii. generate pro quãtã. D.iii. retro lin.ii. ridẽdes pro ridendos. lin.xxv. audabile pro laudabile. D. iiii. lin.xviii. obtenere pro obtinere. col.ii. lin.xxi. magnitudinẽ pro magnitudine.

Bononiæ in ædibus Hieronymi de Benedictis. Anno Salutis M.DXXIII. Menſe Martio.

Regiſtrum.

A.iiii. B.iiii. C.iiii. D.iiii. E.ii. F.iii.